

Q. D. B. V.  
MEMORIA SECVLARIS  
CONTROVERSIÆ MAGDE-  
BVRGENSIS

DE  
THEOLOGIA HOMINIS  
IRREGENITI

DIE XX. NOV. A. MDCXXII.

A M. ANDREA CRAMERO

EXCITATAE ET NON MVLTTO POST AB ECCLESIA  
EVANGELICA DECISAE  
OBSERVATIONIBVS QVIBVSDAM THEOLOGICIS  
IN VSVM PRAESENTIS SECVLI ILLVSTRATA

QVAM

PRAESIDE

IOHANNE GVILIELMO IANO  
SS. THEOL. D. ET P. P. ALVMNORVMQVE  
REGIO-ELECTORALIVM EPHORO

PVBlicae DIIVDICATIONI

DIE XX. NOV. A. MDCCXXII

IN AVDITORIO MAIORI

INSTITVENDAE

PRO LOCO INTER CANDIDATOS THEO-  
LOGIAE OBTINENDŌ

PERMITTIT

M. LAVRENTIVS ARNELL

oll. diss. A HOLMIA-SVECVS DESIGNATVS ECCLESIAE GALLICAE  
34, 8 HOLMIENSIS MINISTER.

VITTENBERGAE PRELO CREVSIGIANO.

577.A.184(8.)

~~184~~

~~184~~ #.X.9

S. REGIAE MAJ. SVECICAE  
MAGNAE FIDEI VIRIS  
S.S. THEOLOGIAE DOCTORIBVS  
*EMINENTISSIMIS AC REVERENDISSIMIS*  
IN CHRISTO PATRIBVS

**DN. MATHIAE STEVCHIO**  
REGNI SVECIAE ARCHI-EPISCOPO ACA-  
DEMIAE VPSALIENSIS PRO-CANCELLARIO  
SENATVS IBIDEM ECCLESIASTICI PRAE-  
SIDI SCHOLARVMQVE EPHORO

**DN. DAVIDI SURE**  
DIOECESIOS WEXIONENSIS EPISCOPO  
EIVSDEMQUE CONSISTORII GYMNASII ET  
SCHOLARVM PRAESVLI

**DN. IONAE LINNERIO**  
SCANIAE ET BLEKINGIAE EPISCOPO  
ACADEMIAE CAROLINAE LVNDENSIS PRO-  
CANCELLARIO SYNEDRII SACRI PRAESIDI  
SCHOLARVMQVE DIOECESIOS INSPECTORI  
AVVNCVLI NOMINE SINGVLARI-  
TER VENERANDO

*MAECENATIBVS ET PATRONIS*  
*OMNI PIETATIS ET HONORIS CVLTV*  
*AETATEM PROSEQVENDIS*  
FELICITATEM ET OBSEQVIA  
REVERENDISSIMORVM NOMINVM ILLORVM  
DEVOTVS CVLTOR  
LAVRENTIVS ARNELL

**L** *Eucoris alma, PATRES, quae uos quoque fouerit olim,  
Quod uobis semper sit peramata, scio.  
Scilicet aeternae doctrinae peruigil illa  
Vindex, sancta Dei praelia iussa gerit:  
Et uos nugarum quoque monstra proterua perosos  
Verus habet uerae religionis amor.  
Hanc colitis, sartam uestra hanc pia cura tuetur,  
Nostratis cleri lumina, fulcra, decus.  
Leucoreos igitur foetus qua, fronte, soletis  
Hunc pariter placida, suscipitote, precor.  
Est genuinus enim, hoc est, constans, candidus, astus  
Expers, antiquam doctus amare fidem,  
Sanorumque tenax uerborum, ueraque uanis.  
Anteferens, placitis dogmata prisca nouis,  
Et quo praeprimis conducet habere patronos  
Nomine, fortassis ueriloquus nimium.  
Iras quorundam si igitur sibi concitat insons,  
Spes est in uestro certa fauore, Patres.  
Mite patrocinium castae faciles date causae,  
Hancque tuenti animum praesidiumque date.  
Vestrum laudandi solitum, noua causa, fauorem,  
Tanto auctum cumulo, sic erit ampla mihi.  
Et pia, gratae aliter cui non licet esse, perennes  
Pro uestra soluet musa salute preces.  
Incolumes, placidos, felices, lenta serenos,  
Et sine nube trahat uestra senecta dies.  
Viuat is Patriae, Vestris, Ecclesiae, alumniis,  
Sic quoque, qui illorum portio parua, mihi!*

CON

# CONSPECTVS DISSERTATIONIS

## CAPVT I. HISTORICVM.

- I et II Historia controuersiae Magd. uerbis Kromayeri exposita: sed minus accurate.*  
*III Recensionem hanc Kromayeri incaute, neglectis fontibus, secutus est Arnoldus.*  
*IV Emendatior et certior huius controuersiae historia ex ipsis disputantium scriptis eruenda. Initium eius ex infensa Cramerii disputatione contra Sig. Euenium,*  
*V et contra Iob. Cotzibuuium.*  
*VI Obseruatio de disputationibus theologicis caute instituendis.*  
*VII Obiectiones suas Cramerus non modo pro concione, sed et in literis ad Euenium semel iterumq; imperiose scriptis repetiit.*  
*VIII Obseruatio de auctoribus rixarum, schismatum et haeresium in ecclesia.*  
*IX Responso theologica pro Cotzibuuiio et Euenio contra Cramerum.*  
*X Obseruatio I. de diuersa auctoritate responsorum theologicorum, in ecclesia Euangelica, et papalium, in coetu Romano.*  
*XI Obs. II. de iure decidendi controuersias theologicas in ecclesia Euangelica.*  
*XII et XIII Obs. III. de executione huius decisionis interna, et externa.*  
*XIV Cramerus, iudicium collegii Ecclesiastici Magdeb. subterfugiens, controuersiam hanc scriptis publicis, clanculum impressis, diuulgare pergit.*  
*XV et XIV Catalogus scriptorum, in hac controuersia, utrinque editorum.*  
*XVII Huius controuersiae exitus,*  
*XVIII et post dimidium seculum renouatio.*

## CAPVT II. DOGMATICVM.

- I Scopus capitis, quo ex scriptis hactenus recensitis, et inter se collatis, ob oculos ponuntur*

- II et III (A) Status controuersiae, ratione subiecti, et ratione praedicati.*  
*IV (B) Probatio sententiae ministrorum ecclesiae Magd. quam (a) ueram esse, demonstrant testimoniis et argumentis ex Scriptura S. petitis.*  
*V (b) Ecclesiae Christianae et Euangelicae communem esse, probant testimoniis 1. patrum, eorum imprimis, qui errorem contrarium in Donatistis reiecerunt, 2. Librorum Symbol. principum, et doctorum ecclesiae Euangelicae, qui constanter eundem in Anabaptistis, Schwenckfeldio, Rathmanno, Hofmanno, etc. tanquam fanaticum, damnarunt et proscripserunt.*  
*VI Obs. de nouis et singularibus opinionibus, communi ecclesiae doctrinae aduersis.*  
*VII (C) Responso ad obiectiones Cramerii.*  
*VIII (D) Momentum controuersiae.*  
*IX (E) Utilitas eiusdem.*  
*X Erroris Crameriani, nostris temporibus renouati, pertinax defensio,*  
*XI Speciatiim a D. Langio ad hunc usque diem continuata, qui licet ex VIII. erroribus capitalibus, quorum eum a theologis plenissime conuictum esse, in specimine error. Langian. demonstratur, errorem I, II, III, et IV. emendasse, et ueram sententiam, iis contrariam, concessisse uideatur:*  
*XII Errorem tamen VII et VIII, prioribus superstructos, denuo defendendos suscepit.*  
*XIII Qui ex ipsis concessis refutantur.*  
*XIV Praelectiones theologi cuiusdam academicae, contra Aphorismos D. Neumanni Antipietisticos de theologia hominis irrogeniti, examinantur.*  
*XV Conclusio paraenetica.*

PRAEFA-

PRAEFATIO.



Icut eadem saepe fabula, mutatis tantum personis, agitur, ita etiam in disputatione de *Theologia, siue notitia rerum diuinarum, in homine irrogenito*, usque uenit, ut nihil fere nostra aetate diceretur, quod non dictum sit prius. Ne quid altius nunc repetam, sed intra unius tantum seculi fines me contineam, opportune D. Iohannes Fechtius obseruat, et ab aliis nondum obseruatum esse, miratur, eandem contro- uersiam, iam centum fere abhinc annis, inter Iohannem Cameronem, et inter Simonem Episcopium disceptatam fuisse. (\*) Quod uero beatus ille uir de certamine Belgi- co, aliquam disputationis nostro tempore renouatae ima- ginem

(\*) D. Fechtius in *Dissert. de Notitia Christi cum obseruatione mandatorum ipsius coniuncta*, ad Ioh. II, 3. 4. Rostochii 1710. habita, Prop. V. p. 13, Integrum, inquit, propemodum seculum est, ex quo de praesenti, inter se argumento scriptis publicis contenderunt Ioh. Camero, Scoto Bri- tannus, et Sim. Episcopus, Belga, ille Calvinianae, hic Arminianae pro- fessionis addictus, tanta quidem tamque diffusa opera, ut ex oriente hodie in nostramet ecclesia hac controuersia, uix dici posse quidquam uideatur, quin eo tempore dictum sit prius. Fidem faciet responsum Episcopii ad defensionem Cameronis, quae inserta est Tomi I. Oper. Episcopii parti, iuxta paginarum numerum, secundae p. 322. Cum haud ita pridem in hunc libellum incidissem, miratus sum, in praesenti nostrorum certamine a nemine adhuc eundem obseruatum esse, cum tamen iam tum, iisdem argumentis, quibus hodie, et comprobando et oppugnando, pars disputantium utraque utitur, fuerit pugnatum. Cumque Episcopus sententiam, quae notitiam rerum sacrarum in homine irrogenito ueram esse propugnat, consueta sibi soliditate tueatur, non credo con- spirationem seu *συμβολισμόν* cum Arminianis mihi obiectum, nisi parti aduersae collusio cum Calvinianis, e quorum secta Camero,

ginem referente, iudicat, idem, maiori forsan iure, de Magdeburgensi dixeris, quod eadem de re, ipsis centum abhinc annis, inter M. Andream Cramerum, ad aedem S. Iohannis Pastorem, et inter M. Sigismundum Euenium, Gymnasii Rectorem ac M. Iohannem Cotzibuuium, ad aedem S. Iacobi Pastorem, exortum est. Nam et iisdem fere argumentis, quibus hodie communem ecclesiae Evangelicae sententiam dissentientes impugnant, usus est Cramerus, et eandem sanctitatis, et Christianismi practici amplificandi, speciem errori suo praetexuit, et a nemine tamen inter eos, qui hucdum controuersias Pietisticas data opera recensuerunt, disputationis istius Magdeburgensis mentionem factam, nedum historiam iusto ordine expositam esse, recordor. Est uero illa tanto memorabilior, quod non inter exteros, sed in nostrate ecclesia extiterit, et per publicam theologorum sententiam, communi quodam illius suffragio approbatam, composita ac decisa fuerit. Nam VVittenbergensium et Helmstadiensium, de ea consultorum, responsis nemo, praeter Cramerum, et paucissimos eius asselas, per ea erroris conuictos, refragatus est: sed ministri ecclesiae Magdeburgensis, pariter ac exteri, in iis, non quidem propter respondentium auctoritatem, sed propter ipsius sententiae ueritatem, euidenter declaratam, et a se agnitam, aeque uerunt. Cum igitur responsa illa, una cum plerisque omnibus scriptis in eadem causa utrinque editis, ad manus meas peruenerint, non alienum hoc tempore, aut lectori ingratum fore, putauit, si originem et progressum

„ fuit, aut cum Socinianis, eodem iure obiectetur. Qua de re cap. XIX, „ p. 327. Episcopus ad Cameronem scribit: *tempus est, ut tu sententiae tuae epicedium scribas de scientia uera solidaque. Hanc enim cum obseruatione mandatorum Dei necessario coniuinctam esse, serio contendit Socinus. Age igitur, Camero, desere opinionem tuam, alioquin facis omnino ut te suspicer* σωκρετιζεν.

gressum huius certaminis breuiter ex iis recenserem, et, propositis praecipuis utriusque partis rationibus, quo iure opinionem Cramerianam, tanto olim consensu repudiatam et explosam, nostra patrumque memoria, nonnulli in scenam reuocarint, ipsi lectori diiudicandum relinquerem. Hanc ipsam enim ob causam sacra aeque ac profana historia, non bonarum duntaxat et laudabilium, sed malarum quoque et inconsultarum actionum memoriam conseruat, ut ex illis posterius capiant, quod imitentur, has uero, sicut temerarias inceptu, ita infelices exitu, uitent, atque adeo alieno potius, quam suo damno, sapere discant: id quod illis, qui causae Cramerianae, pridem derelictae, patrocinium hodie nec opinato suscipiunt, ex animo precamur. Praeterea, ut malas etiam actiones Deus ad bonum finem dirigere solet, ita litigium hoc a Cramero excitatum, cordatis eius temporis theologis, ac praecipue Magdeburgensibus, occasionem praebuit, ac necessitatem imposuit, in naturam et rationem theologiae Christianae diligentius inquirendi, uera a falsis accuratius discernendi, atque adeo insignem posteris lucem praeferendi. Hanc lucem, uetustate obscuratam, et multis, quasi sub modio, conditam, in communem hominum nostri seculi conspectum restituendam putauimus. In quo nemo, opinor, reprehendet, quod, quae a maioribus nostris iam expedita, tantoque studio elaborata sunt, in usus nostros conuertamus. Et hanc utilitatem eo maiorem fore, confidimus, quod ueterum, in nouis, aut renouatis erroribus confutandis, minor sit inuidia, et maior auctoritas, ut qui omnes uel amoris, uel odii causas, erga homines, longe post mortem suam demum natos, procul habuerunt. Simul etiam non sine iucunditate quadam, hinc perspicietur, quam egregie ueritas sibi constet, cum eadem doctrina, iisdem argumentis et scripturae sacrae testimoniis, nostra aetate defensa sit ab iis, qui de

Magdeburgensium scriptis Cramero oppositis, fortasse non plus, quam Magdeburgenses illi de nostri seculi rebus, uel legerunt, uel rescuerunt. Neque uero cuiusquam offendendi, sed omnes potius, qui inter Augustanae Confessionis socios nomen profitentur, conciliandi, et in unam, ueram constantemque ecclesiae nostrae sententiam adducendi animo, haec scribimus, et propterea sub ipsum operis initium, Deum O. M. precamur, ut mentem nostram calamumque dirigat, et nihil nobis, uel ueritati, uel uoluntati diuinae aduersum excidere sinat, sed quaecunque in conspectu ac timore eius meditamur, nominis sui gloriae, et rei sacrae utilitati iubeat inferuire!

## CAPVT I. HISTORICVM

### I.

**H**istoriam controuersiae Magdeburgensis D. Hieron. Kromayerus in Hist. Eccles. Cent. XVII. p. m. 649, his uerbis exposuit: „Paulo ante obsidionem Magdeburgicam circa uigesimum octauum currentis seculi annum, inter Euenium, Gymnasii Parthenopolitani Rectorem, et Ministrum quendam ecclesiae Magd. Cramerum de genere theologiae, num habitus sit, acris concertatio extitit, ut etiam scriptis publicis se inuicem oppugnarint. Cum enim Euenius in Gymnasium istud disputationes theologicas introduxisset, et in illis theologiae genus habitum assignasset, Cramerus magis in schola spiritus, quam literae (ut uideri uoluit) edoctus, genus hoc negauit. Cum Euenio fecerunt alii ecclesiae istius ministri rectius sentientes, in primis Kotzebue, Gilbertus, et qui fuerunt plures. Informatoriam suam duae facultates theologicae, VVittebergensis et Helmstadiensis, quaesitae interposuerunt, quae pro Euenio pronunciarunt. Verum Cramero cedere nolente, pluribus controuersis, utpote



utpote de notitiis naturalibus, haec indies magis magis-  
que fuit implicita, donec tandem totale urbis excidium,  
dissentientes loco motos hinc inde disperferit, et ita colo-  
phonem litigiis istis imposuerit.

## II.

Vnde haec acceperit Kromayerus, utrum ex fama tantum, an certo auctore, ipse non indicat. Eum certe scripta utriusque partis ad manus habuisse, uel propterea dubitare licet, quod concertationem hanc circa annum uigesimum octauum seculi XVII. extitisse, scribat. Nam scripta illa quae infra recensuimus, fere omnia, iam anno 1623. et 1624. typis impressa sunt, et, huius concertationis initium a die XX. Nouembris anni 1622. repetendum esse, clarissime demonstrant. Praeterea etiam materiam disputationis non sufficienter exposuit: quandoquidem non tantum de genere theologiae, utrum sit habitus, sed potissimum de *subiecto* eius, siue, utrum etiam cadat in irrogenitum, disputatum est, ut ex infra dicendis patebit.

## III.

In utroque errantem Kromayerum ducem atque auctorem secutus est Godofredus Arnoldus, et Haereseol. P. II. L. XVII. C. V. §. 18. p. 468. narrationem illius his uerbis quasi in compendium misit: *Sonsten bat dieser Mann (de Euenio loquitur) zu Magdeburg A. 1628. mit einem Pastore daselbst And. Cramero einen Streit bekommen, ob die Theologie ein habitus sey, daran aber die Zerstorung der Stadt ein Ende gemachet bat.* Imo nec iudicio Kromayeri, opinionem Cramerianam improbantis, refragatus est, et maiorem erga Euenium, quasi *ὁμόψηφον* sibi, fauorem prodidit, ignarus uidelicet, eam, in qua ipse est, haeresin tam acriter a Cramero defensam, ab Euenio autem impugnatam fuisse. Itaque Arnoldum non semper fontes et documenta authentica,

quod encomiastae eius praedicare solent, inspexisse, hoc etiam exemplo apparet.

## IV.

Nos igitur ex certioribus monumentis, et potissimum ex ipsius Crameri scriptis, ne quid ipsi afflictum esse uideatur, rem, sicut gesta est, enarrabimus. Die XX. Nou. A. 1622. M. Sigism. Euenius, (a) Rector Gymnasii Magd. theses quasdam Theologicas ad disputandum proposuit, (b) nominatim D. Christiani Gilberti, ad S. Vlrici, et M. Cotzibuuii, ad S. Iacobi aedem Pastorum, pariter ac scholarcharum et censorum, publica magistratus et Ministerii Ecclesiastici auctoritate constitutorum, (c) iudicio approbatas, in quarum quinta *theologiam per habitum definiuerat, et habitum istum theologiae etiam in non renatos cadere, et cum impietate consistere posse*, non tam suis, quam D. Balth. Meisneri uerbis affirmarat. (d) Ad hanc disputationem praeter ceteros accessit M. And. Cramerus, (e) ad aedem S. Iohannis Pastor, et Scholarcha, Dan. Hoffmanni placitis addictus, (f) qui non multo ante, infaustam illius disputationem, de pugna inter ueritatem Philosophicam et Theologicam, Helmstadii suppressam, Magdeburgi in scenam reuocarat, (g) et cum Wenceslao Schillingio, (h) qui et ipse omnem ueram de Deo rebusque diuinis cognitionem impiis denegauit, (i) eiusque sociis (k) conspirarat, atque adeo de studiis academicis, non modo philosophicis, sed etiam theologicis, quasi *nude literalibus*, et interna Spiritus S. uirtute destitutis, abiecte sentiebat. (l) Cum igitur iam antea disputationibus theologicis, ac praecipue Euenianis, infensor esset, (m) ex leui occasione et initio, grauissimam Euenio litem intendit. Discipulorum quidam aduersus thesin, quam diximus, Euenii tale argumentum protulerat: *Bona arbor affert bonos fructus. Vestra Theologia*

*non affert bonos fructus. E. uestra Theologia non est bona arbor. Assumptio probatur, quia est in non renato, ubi non sunt boni fructus.* Id, quasi non satis a praeside solutum, Cramerus, ad disputandum inuitatus, repetiit, et non ingenii, aut exercitii causa, sed serio ac de industria, doctrinam illam oppugnare adortus est, simulque iuuentutem scholasticam monuit, ut sibi a thesibus Euenianis, quasi perniciosis, caueret. (n) Quoniam uero habitum eiusmodi theologiae, qualem Euenius descripserat, omnibus irrogenitis denegare non audebat, a subiecto theologiae, ad genus definitionis Euenianae digressus, ueram theologiam habitum esse, prorsus negabat, idque propterea, *quod non habeat potentiam in suo subiecto, siue in homine.* (o)

(a) Euenius, Nauena Marchicus, ab anno 1611, usque ad 1613. Ord. Philof. in Academia Witteberg. adscriptus, postea Halae Reſtoris scholae munere functus fuerat, idque, non multo ante motam hanc controuersiam, cum Magdeburgensi commutarat. Qua ratione, in funesto, et tantum non omnibus incolis fatali, istius urbis excidio, seruatus fuerit, M. Godofr. Bergnerus, qui hodie Gymnasium Magdeburgense regit et ornat, in Oratione seculari de fati Gymnasii Magd. A. 1717. habita, his nepotis cuiusdam Eueniani, Pastoris Netliziensis, altero demum abhinc anno defuncti, uerbis refert: *Pro sua modo et filii uita redimenda pecuniam, suffecisse harpyiis, neque adeo impedire potuisse praeceptorem adflictissimum, quo minus, suo in conspectu, discipuli dissecti fuerint, ope humana destituti, ut auditorium sanguine innocentium natarit, maduerintque parietes cerebro adolescentum Deo posteritatisque consecratorum.* Cum tantum periculum, Dei ope prouisuque euasisset Euenius, eodem anno 1631, gymnasii Reualiensis, auctoritate regis Sueciae, Gustau Adolphi, recens conditi, primus rector, inspector ac theol. professor constitutus est, sed mox in Germaniam reuersus, consiliiarii Ecclesiastici Saxo-Vinariensis dignitatem obtinuit, ac praecipuus auctor extitit suscipiendi praeclari illius operis Biblici Vinariensis quod deinceps, religiosissimi Principis Ernesti Saxo-Gothani auspicio, in lucem prodiit, et in quo ipse Euenius annotationes in Zephaniam, Haggaeum, Zachariam, et Malachiam elaborauit. Leg. D. Ioh. Frid. Mayeri catalogus auctorum expositionis Biblior. Vinar. Appendici Theatri Anonymorum et Pseudonymo-

nymp-

nymorum Placciani insertus. Praeter *Ethicam*, XXVII. disputationibus, Wittebergae A. 1612, *Anthropologiam*, seu doctrinam de hominis secundum corpus et animam constitutione, XIX. disputationibus, Witteb. A. 1613. habitis, comprehensam, et *Samaritanismum Bergiano-Caluiniano-Sacramentarium*, XXXII cothurnis puriori sacramentorum doctrinae Lutheranae infidias struentem, contra Ioh. Bergii Prof. Francof. disputationem de consensu Calvinianorum in doctrina de Sacramentis, Halae 1618. editum, *Methodum linguarum artiumque, Ianuam Hebraismi et Graecismi*, aliosque libellos scholasticos, im *Gelehrten Lexico*, sub uoce *Euenius*, et a laudato Bergnero l. c. recensitos, scripsisse dicitur *Den Spiegel der innersten Verderbniß* / A. 1691. Quedlinburgi, cum aliis huius generis scriptis, sub tit. *Dreytausend Klagen über das verdorbene Christenthum* / recusum, de quo uide Arnoldi *Hæreseol.* l. c.

(b) Titulus harum thesium talis erat: *Aphorismorum sacrorum Decas prima, ea imprimis complectens, quae naturam theologiae in genere concernunt, pro elucidatione et confirmatione lectionum theologicarum, ad disputandum publice proposita, praeside M. Sigism. Euenio, resp. And. Bartensteinio, Hallensi Saxone, et Tobia Mevio, Iutrebocensi Saxone.*

(c) Censuram scriptorum theologorum magistratus et ministerium Ecclesiasticum ciuitatis Magdeb. tribus quidem pastoribus, qui eo tempore erant Gilbertus, Cotzibuuius, et Cramerus, sed ea conditione, commiserat, ut, si unus uel alter nihil animaduersione dignum in aliquo scripto deprehenderet, tertius eius perlegendi labore supersedere posset: id quod in thesibus hifce usu uenisse, Cotzibuuius in sect. I. Apologiae suae infra citandae, p. 6. his uerbis testatur: *Daß M. Euenius in einer von D. Gilberto und mir / vermöge unsers von einem Ehrvesten Hochweisen Rath und Ehrwürdigen Ministerio aufgetragnen Ampts und Commission (dabey wir den Hn. M. Cramerum zum Collegem, aber diesen brauch haben / dofern einer oder der ander / oder auffß wenigst unser zweene eine Schrift gelesen / darinnen nichts / so für bedenklich gehalten / und deswegen ins gemeine weitläufftige Gespräch zu ziehen fürfallet / einer oder der ander unterschreibet / und es passiren läffet) approbirten und censirten disputation, die Theologiam vder Wissenschaft der H. Schrift generis loco definiret per habitum, reliqua.*

(d) Thesis quinta Euenii ita se habebat: *Theologia est habitus instituens hominem in vera cognitione et cultu ueri Dei in scripturis reuelati,*  
ad

*ad consequendam salutem aeternam.* Huic, expositionis causa, praeter cetera, haec Meilneri uerba, ex Philos. sobr. P. I. p. 458. petita, subiecerat: *habitus Theologiae etiam cadit in non renatum et hominem peruersae uitae, quod exempla docent, et ratio euincit.*

(e) And. Cramerus A. 1582. in pago Heimersleben, prope Magdeburgum, humili loco natus, cum ad literarum studia animum appulisset, a patre ad aratrum reuocatus, per biennium ea intermittere necesse habuit, donec a. 1595. ab auia furtim subductus, ad scholas rediret. Hannoverae ab a. 1600. Christ. Bechmannum, Pet. Rami asseclam, praeceptorem habuit, cuius deinde Comparationes Logicas, cum sua praefatione, edidit, Quedlinburgi a. 1610. 12. ubi et ipse Pet. Ramum, ut *uirum praestantissimum, et de humanioribus literis optime meritum*, commendat. Postquam uero ab a. 1602. in Academia Helmstadiensi literis operam dederat, ibique 1604. gradum Magisterii capessuerat, Quedlinburgi munus rectoris scholastici ab a. 1607. usque ad 1613, et mox Pastoris Megarensis, quarto lapide a ciuitate Magdeb. per biennium sustinuit, quod tandem a. 1605. cum muneribus hisce Magdeburgensibus commutauit. uid. Controu. Cramer. p. 186. et 634.

(f) Cum Hoffmanno et Schilingio se consentire, & opinionem, quam ille publice reuocare coactus fuerat, hic uero denuo defendendam susceperat, pro uera, pariter ac sua, agnoscere, tantum abest, ut inficietur Cramerus, ut palam prae se ferat. Nam ad illud, sibi a Cotzibuuio et Euenio, in appendice ad Enodationem Quaestionis, obiectum uitioque datum, his uerbis respondit: *In dem Anhange werden etliche Nebenhandel vom Gegentheil berühret / als daß Hoffmanni Streit von der Widerwärtigkeit der Theologie und Philosophie von Schillingio sey erfrischet ic. Da gebe ich zur antwort: ueritas premitur, sed non opprimitur. Es wird sich ausweisen / was Wahrheit und Unwahrheit sey / Der rechte Grund ist in meinen Büchlein gezeigt / wers siehet / mag erwegen und betrachten; sub finem des gründl. Berichts §. XIX. p. 383. add. p. 168. et 171. Der kurzen Erinnerung.*

(g) Cramerus iam olim Quedlinburgi Iacobum Martini, aliosque doctores Academicos, Hoffmanni placita improbantes, passim pupugerat. Sed potissimum Magdeburgi a. 1617. huius errorem de duplici ueritate, philosophica et theologica, inter se pugnante, ab ipso licet auctore a. 1601. publice agnitum et correctum, scriptis publicis reco-

B

quere,

quere, et illos laceffere coepit, speciatim in disputationum suarum, olim Quedlinburgi habitarum, fasciculo, Magdeburgi edito, nouemque plagulis comprehenso, et in praefatione, Commentationibus et Orationibus D. Casp. Pfaffradii et Dan. Hoffmanni, Professorum quondam Helmstadiensium, erroris illius societate coniuكتورum, quas cum locis quibusdam D. VVigandi et Phil. Melanchthonis eod. a. recudendis curauit, praemissa. Haec enim Crameri scripta non postremam causam atque occasionem praebuisse *Speculo Rationis* (Dem Vernunffts-Spiegel) Witteb. A. 1618. a D. Iacobo Martini edito, docet ministerium Magdeb. in Controu. Cramer. p. 66. et ipse Iacobus Martini innuit, dum inter aduersarios suos Magdeburgenses L. I. C. XXXI. p. 246. Cramerum nominatim his uerbis citat: Das solte M. And. Cramer besser in acht genommen haben / ehe er seine Lumpen-theses de duplici ueritate drucken lassen. Eidem *Speculo rationis* Martiniano Cramerus opposuit scripta uernaculo sermone edita, sub titulo: Access und Antritt / et Erster scheußlicher Fleck und heßlicher Mackel in dem Vernunffts-Spiegel gewiesen / quae, contra leges et statuta reip. Magdeburgensis, sine censura et approbatione sua prodiißte, queritur ipsum Ministerium Magdeb. I. c. a Iacobo Martini uicissim castigata im gründlichen Beweis / daß Crameri Access und Antritt / sey ein unbesonnener Excess und grober Fehltritt. Quo ipso scripto Cramerum in pudorem datum, et ad silentium redactum, effrenem, qua antea usus fuerat, insectandi proteruiam callida quadam sanctitatis specie tegere coepisse, Cotzibuuius et Euenius, in appendice Enodationis lit. C. II. ipsi his uerbis exprobrant: Beyläufftig müssen wir Gegen- theil hiemit zu Gemüthe führen / was für Ursach ihn dazu getrieben / daß er für wenig Jahren die Schillingische Handel / dadurch viel vornehme Academien ziemlich bey unser Stadt verschimpffieret / und bey ihnen sie wider dadurch verunglimpffet worden / auff die Bahn bringen / und den alten längst vergrabenen Hoffmannischen Streit / von der Widerwärtigkeit der Theologie und Philosophie, wider erwecken / und weidlich wider vornehme Academies verfechten wollen / darüber aber / nachdem man also aus dem Sattel gehoben / daß man nimmer zum Stegreifen wieder zu kommen getrauet / es auf der ander Seiten mit den Fuchs angefangen / &c.

(h) Schillingius hic, Ketmanshusanus Thuringus, homo ingenii turbulentum et fanaticum, ut qui a puero reuelationes iactarit, fatente, imo praedicante,

cante,

cante, ipſo Arnolſo, in Haereſeol. L. XVII. C. VI. p. 485, litem Hoffmannianam, cum auctore ſuo iam fere ſepultam, praeter ceteros, inſtauravit, in *Eccleſiae Metaphyſicae Viſitatione, Honorario Metaphyſico*, aliisque huiusmodi libellis ſatyricis, ab A. 1616. Magdeburgi, ſi non cura et opera, ſaltem conceſſione et patrocinio Cramerii, inconſultis, imo inuitis, reliquis miniſtris eccleſiae, editis. Qua de cauſa d. 17. Apr. a. 1619. ex Academia Helmſtad. eiectus, Magdeburgum ſe ad Cramerum ſuum recepit, et bello tricennali Germanico miſere tandem periit, ut ex narratione MS. nepotis cuiusdam Schillingiani refert idem Arnoldus l. c.

(i) Scilicet Schillingius quidquam ueri de Deo, eiusque uoluntate et cultu, per naturam, ſiue Philoſophiam naturalem, cognoſci poſſe, hoc inprimis argumento negabat, quod gentiles non tantum idololatria, ſed omnibus etiam uitiiſ ſe contaminarint. Ad quod argumentum theologi Wittebergenses a. 1619. reſponderunt: *a moribus peruerſis ad negationem Θεογνωſίας non ualet conſequentia.* Es folget nicht: dieſer lebet Gottloß / Darum hat er von Gott nichts gehöret / weiß auch nichts von ihm. Haben nicht die Juden / als ſie noch Gottes Volck waren / das Zeugniß / daß ſie halſtarrig / boßhaſtig etc. ſeyn / Exod. XXXII, 9. Deut. IX, 6. c. XXXI, 27. 2. Reg. XVII, 34. Gleichwohl hatten ſie göttliche Erkänntniß. Vid. Conſilia Dedekenni Vol. I. P. II. p. 12. Sed quod Schillingius de cognitione Dei naturali et philoſophica paganorum negabat, id ad ipſam quoque cognitionem de Deo reuelatam et theologiam impiorum extendit, atque adeo ueram Dei cognitionem, et Scripturae ſacrae interpretationem non niſi *ex ſemine Dei*, et interna Spiritus S. illuminatione, ſolorum regenitorum propria, deriuabat. Nam in praefatione libelli ſubtit. Unüberwindlich feſtes Grund-Büchlein / theologis V Vittebergensibus et Giensensibus dedicati, ita ſcribit: Es iſt unwiderrufflich / ja auß Gottes theuer werthem Worte offenbar / kündig und bewehrt / daß Menſchen gefunden werden / welche mit hoher / ſeltamer / wunderbahrer Erleuchtung und Eingebung des H. Geiſtes begabet / den rechten / reinen / und lautern Verſtand / die Natur / die Arth / und die Sprache der Göttlichen Schrifften haben / weiſen / und unfehlbar erklären können / auch Propheceyung / Geſichte / Geiſter / Träume / Geſpenſte / der Natur ſonderbahre Bewegung / auslegen vermügen / tieff in die Schrift gründen / und als im hellen Glantz finden und ſehen / daß Chriſti Weiſheit alſo vor Menſchen Augen verſchloſſen . . .

Diese Menschen hüten sich für Sünden/ denn Gottes Samen ist bey ihnen / und Jesu Christi Geist wohnet da / welcher lehret / was die Leute im Sinne haben / ist in einer böshafften Seelen nicht / auch nicht im Leibe / welcher Sünden unterworffen / quae uerba merito, tanquam spiritus fanatici indicia, notant theologi VVitteb. l.c. p. 14.

(k) Tales erant Ioh. Angelus VVerdenhagen IC. aliquot scriptis notus, ex quibus huc spectant octo orationes Helmstadii habitae, et Magdeburgi sub tit. *Verus Christianismus, fundamenta religionis nostrae continens*, editae; Ioh. Schraderus, Pastor pagi Aluensleben, auctor *Der Erörterung* et libelli ruris ac inficetiarum pleni, quem sub titulo: *Fustes Aluenslebenfes*, Das ist Alvenslebische Prügel und Knüttel / auf zweene Passquillenmacherische Stadt-Esel zu Magdeburg / nemlich einen halbgewachsenen bey der Pfarre zu St. Jacob / und einen vollständigen an der Schulen daselbst / zu Rettung der Göttlichen Wahrheit / und seines ehrlichen Namens / gelegt. Magdeb. 1624, *Virgis Magdeburgensibus* opposuit, aliorumque in hac causa editorum, in quibus eum theologis VVittebergensibus, propter ueram Dei notitiam, irrogenitis tributam, errores Pelagianos affinxisse, notat Ministerium Magdeb. l. c. p. 75. et M. Pet. Probst, a cuius nimia familiaritate et quotidiana consuetudine, monitis collegarum se frustra reuocatum fuisse, Cramerus ipse memorat, im *Gründlichen Bericht* p. 167. Hi officinis typographicis Magdeb. ad maledica et perniciosa scripta sua euulganda, palam abutebantur, donec tenatus, literis academiae Iuliae monitus, quidquam amplius, sine legitima censura et approbatione, typis exscribi, seuerè interdiceret. Quo quidem interdicto deterriti nihil amplius suo nomine edere ausi sunt; sed tanto acerbiores iniurias, sub fictis M. Siguardi, Garguthbenii, Sam. Freudenmanni, olim Martiniani Opinistae, nunc tantae insaniae recantatoris fidelis, Adriani Smetii Philosophi, Christiani Israelitae, et similibus nominibus, contra dissentientes euouerunt, adeo, ut personatus ille Christ. Israelita, in ulla schola uel academia uerbum Dei pure et sincere amplius doceri, publice negaret, et typographos, ad haec talia scripta, clanculum, et contra datum iusiurandum, imprimenda, addaxerunt. Vid. *Controu. Cramer.* p. 76. sqq.

(l) Cotzibuius et Euenius in appendice Enodationis suae de Cramero conqueruntur: daß man nunmehr so weit wider die rechte Gesahrheit verbittert / daß man nicht allein die philosophica accuratiora studia, sondern auch intercutaneam eruditionem theologiam verwirft /

ver=



verkleinert / verdächtig macht / pro apoplexia fidei, und dem Christenthum schädlich ausschreyet. Postea eidem exprobrant, quod in concionibus suis *fidem sine notitia* urgeat, aliorum doctorum, legem et euangelium rite inculcantium, doctrinam, quasi uanam et interna uirtute destitutam, contemnat, et nouis de hac uirtute formulis utatur: Das Wort müsse in die Krafft gehen / es thue es nicht das Buchstabenwort / sondern die innerliche Krafft &c.

(m) Praeter cetera, quae Cramerus antea dederat, alieni ab Euenio animi signa, huc imprimis spectat epistola de *Didactica Euenii* d. 4. Ian. h. a. 1622. ad scholarchas politicos scripta, in qua illi passim detrahit, et methodum ab aemulo eius, Ratichio, nescio quo, praescriptam, sed publico postea scholarcharum iudicio repudiatam, multis modis praefert. Epistolam istam, quam ipse recitat im *Gründlichen Bericht* p. 328. 199. reliquis scholarchis ecclesiasticis inconsultis scriptam, atque adeo ex ingenio et affectu Crameris proprio profectam esse, notat ministerium Magdeb. in *Controu. Cram.* p. 114. speciatim disputationes theologicas se improbasse, et in Gymasio Magd. abrogandas censuisse, sub initium libri citati ipse profitetur.

(n) Vid. Ministerii Magd. *Controu. Cram.* p. 94.

(o) Ipse Cramerus in dem *Gründlichen Bericht* p. 13. argumentum suum tale fuisse, testatur: *Omnis habitus praesupponit potentiam in suo subiecto. Iam autem uera theologia, in uera ueri Dei cognitione reuelata, eiusdemque cultu uero reuelato consistens, et ad aeternam salutem hominem promouens non habet potentiam in suo subiecto. Ergo uera theologia in uera ueri Dei cognitione etc. non est habitus.*

## V.

Cum acrius utrinque hac de re disputaretur, superuenit M. Iohannes Cotzibuuus, et interloquio suo litem componere studuit, atque ut demonstraret, cadere in non renatum theologiae habitum, inter alia ad ipsius diaboli, excellenti rerum sacrarum notitia praediti, exemplum prouocauit. Id uero arripiens Cramerus nouum hunc syllogismum Cotzibuuius obiecit: *Quod est in diabolo,*

B 3

et

*et in diaboli regno, id nullam dat homini promotionem ad salutem. Sed uestra theologia habitualis etc. E. Vestra theologia habituualis nullam dat homini promotionem ad salutem, quod tamen putatis et intenditis.* Cotzibuius ad hunc syllogismum respondit distinguendo id, quod est in diabolo, et regno eius, *per accidens*, ab eo, quod est a diabolo, et ad regnum eius *per se* spectat: quod si propositio intelligatur de eo, quod tantum per accidens est in diabolo, uel in regno diaboli, eam admitti nequaquam posse, cum generales quaedam operationes Spiritus S. etiam in impiis dentur, et uerbum Dei illis fieri possit odor ad mortem: si propositio intelligatur de eo, quod per se est in regno diaboli, assumptionem esse falsissimam et absurdissimam.

Cramerus contra *in* diabolo, et *a* diabolo esse, pro iisdem sumfit, et quidquid est in regno diaboli, etiam in se malum, et coram Deo abominabile esse, contendit, et ad *ἐν τῷ αὐτῷ*: atqui ipsa natura diaboli et non regeneratorum est in diabolo eiusque regno, respondit, id ipsum concedendo, et probando insuper ex dicto Ioh. VIII, 44. *Vos ex parte diabolo estis.* Neque audire uoluit distinctionem inter id, quod est naturae, et quod est adiacentis, et post multas altercationes, tenebris uespertinis tandem oppressus, disputationem abruptit. (a)

(a) Vid. Ipsius Crameri *Gründlicher Bericht* p. 18 - 25. et pag. 121 - 126.

## VI.

Scilicet quod semel Cramerus, studio partium Hoffmannianarum, et dissentientium odio praepeditus, (a) scholariali auctoritate, aduersus Euenium pronunciauerat, id, quo iure, quae iniuria, tueri studebat. Ita uero praefectu et arrogantia, modesta ueritatis indagatio, quae disputantibus unice proposita esse debet, negligitur, animi dissentientium irritantur, auditorum lectorumue offen-

dun-

duntur, ac, si praefertim dogmata theologica in controuersiam ueniant, sectae et schismata excitantur. Praeclarum et omnibus disputantibus hodieque commendandum est monitum Petri Mosellani, in oratione, famosae illi disputationi Lipsiensi, d. 27. Iunii a. 1519. inter Eccium et Carlstadium, auspicio Georgii, Saxoniae Ducis, habitae, huius iussu praemissa: *Non, ut disputatorum uulgus sentire uideamus, recte disputas, si ad ingenii ostentationem, quacunque calumniandi ansa arrepta, fortiter clamas: si syllogismis, arte contortis, simplicem aduersarium illaqueas: si prae ira subsultas: si pertinacia uincere studes, et mutui odii signa ostendis (quae utinam in Christianorum scholis locum non haberent) sed si solo discendi ardore, tua cum alienis expendenda conferas, et tuo ipsius ingenio diffusus, alienam sententiam mansuete expectes ac candide intelligas, intellectam, si tolerabilis sit, si verisimilis, gestienter amplectaris, et quasi de lucro gaudeas, malisque tuam ipsius tarditatem agnoscere, quam ueritatis facere iacturam. Sin fuerit ineptior, quam ut, habita circumstantiarum ratione, uera uideri possit, ratione aperta refellas, et errorem doceas, idque citra stomachum, citra odiosam tui tactationem, citra conuictum, ita, ut nusquam ulla se prodat contumeliae suspicio, ubique autem mutuae charitatis reuerentia seruetur. Qui non hoc animo ad disputandum uenit, non Philosophus, sed Φιλονεικος, non disputator, sed rixator, non ueritatis indagator, sed erroris ac discordiarum est propagator.*

(a) Tota huius controuersiae historia, diligentius inspecta, uerum esse demonstrat, quod Cotzibuius et Euenius in praef. ad Enotat. Quaest. de habitu theologiae p. 14. Cramero his uerbis exprobant: Schämten solte man sich vor Gottes Angesicht / und der ganzen Christlichen Gemeine / daß man ohne alle gegebene Ursache / aus lauter Feindseligkeit / Neid und Haß / bey der vielfältig gerühmten Scheinheiligkeit / so liederlich andere ausholhippelt / durch die Hechel ziehet / und auffß eufferste verschimpffieret / da man aber zur Rede gesetzt und an gebührt

gebührlige Dertter antwort geben soll/ da kan man die Pfeiffe wohl einziehen/ da trägt man nicht Beliebung zum Maulgewesch ꝛc.

## VII.

Quam uere hoc dixerit Mosellanus, etiam Crameri nostri exemplum ostendit. Non enim satis habuit, in congressu priuato ac umbratili, communem illam theologiae descriptionem, infensiori, quam ingenuum disputatorem decebat, animo, oppugnasse, sed postea etiam, pro suggestu sacro, in eandem declamauit, (a) et Cotzibuuium atque Euenium *habitualistarum* nomine inuidiose perstrinxit, (b) et literis, semel iterumque ad Euenium superciliose et arroganter scriptis, (c) errorem ipsi exprobrauit, nisi subito eum corrigat ac deprecetur, porro a se, non tantum pro concione, sed publicis etiam scriptis, castigandum.

(a) Exempli loco sint, quae in concione Paschali, postea sub titulo Theiäuri Paschalis (Osterschatz) editi, lit. g. v. 6. dixit: Wer Gottes Wort also will handeln / daß es gebe einen habitum in non renato, cum impietate et peruersa uita consistentem, das ist / solche Fertigkeit / im eusserlichen Buchstaben / darbey der Mensch in grober Blindheit und gottlosen Wesen gelassen wird / was bauet ein solcher am Reich Gottes. Lieber / wird in und mit Pflanzung solcher habitual-fertigkeit das Himmelreich gebauet / wie bleibt denn der Mensch in seiner Blindheit und gottlosen Wesen / das ist / bey dem Teuffel? Oder was ist für ein Himmelreich / das in und mit solcher habitualität angerichtet wird? Hats solche Beschaffenheit / daß der Teuffel auch Theil daran hat? Da behüte uns Gott für. Was haben Belial und Christus für Gemeinschaft? 2. Cor. VI: 15. Das Himmelreich sollen wir im Wort predigen und pflanzen / das uns vom Teuffel zu Gott bringet / aus dem Tode ins Leben versetzt / welches in keinen Ungläubigen / Gottlosen / vielweniger im Teuffel gefunden wird.

(b) Ita ministerium Magdeburgense in Controuers. Crameriana p. 99. queritur: Daß unerachtet seines (Crameri) Verbindniß / keine eigene Gedanken / die Aergerniß und Trennung anrichten mögen / auf die Kanzel zu bringen / Dis Werck in vielen Predigen angezogen worden /  
Dermassen /

Dermaßen / daß man nicht weniger vernehmen müssen / durch die habitualisten / die man verlästert und verdammet / seyn M. Cotzibuius und M. Euenius verstanden worden. Daher geschehen / daß etliche Zuhörer viel fragens getrieben / was Doch die habitualisten für Ketzer seyn müsten / wider welche ihr Pfarrer so hefftig eyfferte ; etliche haben so viel entweder selbst gemercket / oder aus Daher verursachter inquisition erfahren / daß M. Euenius und Cotzibuius dieselben seyn solten. = Welches denn auch M. Cramer in seinen eigenem Buche nicht kan läugnen / oder in abrede seyn.

(c) In prioribus literis d. 13. Ian. a. 1623. datis, quas ipse Cramerus Narrationi suae (Dem gründlichen Bericht) p. 32. seqq. inseruit, syllogismum suum de Theologia habituali ad regnum Diaboli pertinente, repetit, eoque inprimis p. 42. thesin supra dictam: *habitus Theologiae cadit in hominem non renatum*, impugnat, et post multa alia durius et insolentius dicta, his tandem uerbis concludit: Ob ich nun wohl weiß = daß der alte Adam in dem Herrn Rectore über solcher meiner Christbrüderliche Erinnerung wird sauer sehen / und sich ungebertig stellen / Dennoch habe ichs nicht können / noch wollen unterlassen = Ich will aus des Herrn Antwort die Probe nehmen / ob er im Geist / oder im Fleische lebe und wandele / ob er schwach / oder stark / ein Kind / oder erwachsen Mann sey / nicht in subtilen Vernunft-Griffen / sondern in Göttlicher Grösse an dem / der das Haupt ist Christus / wie die Schrift darauff weiset / und Gott selber in der Schrift. Adeo iam tum fanatica illa philautia et arrogantia se prodidit, qua hodieque nonnulli, quoscunque a se dissentientes, irregenos et carnales, omnes uero et solos secum consentientes, regenitos et spirituales iudicant! Cum uero Cramerus nihil ad has literas responsi a rectore accepisset, impatiens morae, d. 20. Martii eiusd. anni secundas ad eum scripsit, ubi haec talia rursus ingeminat: Euer habitual-Werck und Fertigkeit in Buchstaben lästet den Menschen ins Teuffels Reich. So ist er nicht in Gottes Reich / ja wider Gottes Reich. So thut nun ein solcher habitualist was dem Teuffel lieb ist. So kan er auch keine Gedanken fürnehmen etwas zu thun / das wieder des Teuffels Reich / zu Beförderung des Reichs Gottes ausliesse. Was habt ihr denn mit eurer institution und habitual-Werck ausgerichtet / wenn ihr den Menschen ins Teuffels Reich laisset stecken? Deinde momentum controversiae uehementer

C

exag-

exaggerat, et p. 58. pergit: Bedencket dieses / mein lieber Herr Eueni, in wahrer Gottesfurcht / es ist hie kein Schertz / es gilt Christi Blut und Tod / und unser Seligkeit / darzu Gott nicht will stille schweigen / sondern schwere Rechnung fordern. Exprobrat ibidem Euenio silentium ad priores literas: Lieber / wie kömte doch / daß ihr auff mein Schreiben nicht einmahl geantwortet habet / darin ich den rechten Brunnquell der unrichtigen institution zeige &c. Porro magna cum confidentia erroris agnitionem et retractationem ab eo postulat: Hier / inquit, bin ich dessen gewiß / wofern ihr ein kleines Süncklein lebendiges Glaubens in eurem Herzen habt / werdet ihr bey solcher hellen deutlich gezeigten Wahrheit mit mir übereinstimmen / daß ihr von der Habitualiteten abtretet / und richtigere von Gott geordnete institution und Handlung des Worts annehmet. et has denique annexit minas: Werdet ihr in solcher Blindheit fortfahren / so werdet ihr nicht allein eure Jugend hefftig verführen und ärgern / und euch also einen Stoß und Stachel im Gewissen machen / sondern ich werde auch die länge dazu nicht können stille schweigen / sondern eine feine teutsche Erinnerung öffentlich am Tag geben / wie eure disputation öffentlich distrahiret wird / welches ich dem Herrn zu Nachrichtigung / aus Christlichem Herzen habe andeuten wollen.

## VIII.

Quicumque initia haec controuersiae Magdeburg. attentius consideras, lector beneuole, iudica, quaeso, ac tecum reputa, quis auctor sit rixarum et controuersiarum in ecclesia? utrum ille, qui communem huius doctrinam, uerbo diuino et libris symbolicis conformem, pro muneris sui ratione, proponit ac defendit: an, qui illam impugnat, ac dogmata illi contraria, noua et singularia in medium profert, aliisque obtrudit? Facile a nonnullis, quibus hodie errorum elenchus, aequae ac ipsa religionis et doctrinae puritas, sordet, *affectus cleri, siue orthodoxorum, plerarumque haeresium causae fuisse*, dicuntur. (a) Sed si hoc, quod ita generatim affirmant, de singularum haeresium origine, ex historia, et idoneis testimoniis, probare iuberentur, uereor, ne aqua ipsis haesura sit. In praesenti certe exemplo alia omnia deprehendimus. Vide-

Vide-

Videmus 1. non Euenium uel Cotzibuuium, sed Cramerum, sinistro affectu occupatum ad disputationem accessisse, et propterea 2. occasionem illius oppugnandae, imo auctoritate scholarchali damnandae, cupide arripuisse, 3. errorem, non uulgarem, aut leuis momenti, sed prorsus exitialem et capitalem, siue fundamentalem, in quo salus hominum agatur, et cardo religionis uertatur, illi imputasse. 4. litem hanc ex umbra scholastica in lucem, data opera, protraxisse, et quod Euenius, pariter ac totum collegium sacerdotale, priuatum transigi cupiebat, non modo concionibus suis, sed, ut postea patebit, etiam scriptis publice editis primum in uulgus extulisse, et cum summo omnium offendiculo, exaggerasse. 5. Euenium, aequo animo primos insultus ferentem, iteratis literis ad pugnam, aut recantationem doctrinae, qua hucdum discipulos, fidei suae commissos, erudierat, arroganter prouocasse. Et huius iniquitatis culpa augetur, si consideres 6. non solum Euenium, sed etiam censores disputationis eius, nominatim Gilbertum et Cotzibuuium, in haereseos crimen uocatos, et per eorum latus, totum collegium ministrorum ecclesiae Magdeburgensis petitum fuisse. Hoc enim, sicut censuram scriptorum theologorum illorum fidei commiserat, ita speciatim eorum de disputatione Eueniana iudicium ratum habuit. (b) Quid quod 7. Cramerus communem uniuersae ecclesiae Euangelicae et Christianae doctrinam oppugnauit. Nam opinionem suam huic aduersam, ac singularem, sibi que propriam esse, ipse non diffitetur, atque adco totum orbem reformatione opus habere, dictitat. (c) Haec talia controuersiarum theologicarum exordia qui ignorant, et non nisi offendiculum, uel strepitum, ex earum progressu ortum, persentiscunt, de rationibus autem utriusque partis parum laborant, iniquius plerumque de elencho, diuinitus licet theologis iniuncto, iudicant, et religionis veritatis-

ritatisque diuinæ defensores, iuxta ac oppugnatores, pari loco numeroque habent, imo illos potius, quam hos, quasi rixarum turbarumque auctores ac haeretifices, odiose criminantur. Hoc nimirum est illud mundi iudicium, diuino iudicio plane aduersum, quod eleganter iam olim D. Ioh. VVigandus in oratione quadam depinxit, (d) et in praesenti causa etiam ministerium Magdeburgense notauit, (e) recte monens, eos, qui omnes controuersias theologicas extinctas cupiunt, commodissime hoc obtenturos, et simul optime de re sacra merituos esse, si nouatoribus ac haeticis persuadeant, ut errores suos missos faciant, iisque publicam ecclesiae tranquillitatem turbare, et meliorem doctrinam impugnare, desistant.

(a) Vid. D. Christ. Thomasi disputat. an hæresis sit crimen. p. 11.

(b) Ipsum Minist. Magd. hoc, in Controuersiae Cramerianae recensione p. 92. his uerbis profitentur: Und hat solcher gestalt der Herr Rector die disputation zur censur gegeben. Hn. Christ. Gilberto, S. Theol. Doct. und Pfarrern bey St. Ulrich und Levin/ und zum überfluß hat er solche auch sehen lassen Herrn M. Ioh. Cotzibuium, Pfarrern bey S. Jacob/ unsern freundlichen lieben Collegen/ welche beyderseits überall nichts an diesen Aphorismis haben zu tadeln gewußt/ sondern ohne einigen Zweiffel oder Bedencken/ die censur von sich gegeben. = Durch diese censur der verordneten gedachten censorum, ist zugleich solche disputation auch vom ganzen ministerio bewilliget worden. Denn was mit unsern libris symbolicis oder religions articuli obgedachter massen einstimmet/ und darnach reguliret und censiret wird/ das thun die censors nicht priuato ausa, sollens auch nicht thun/ sondern communi nostro nomine, im Nahmen unser aller/ Amptswegen/ und derhalben stimmen wir alle auch damit überein.

(c) Cramerus sub finem praefationis des gründlichen Berichts: Ich habe mich dagegen über meines Gegentheils Unbesonnenheit zu verwundern/ daß sie die greuliche/ wider Gottes Wort eingeführte Blindheit vom todten habitu, im nicht widergebornen Menschen/ für die öffentliche/ und in aller Welt einhellig approbirte, Wahrheit dürffen ausgegeben. Da ich nun diß für bekandt annehme/ so hab ich

ich



ich daraus Begentheils unbesonnene Blindheit / wie auch aller Welt einhellige Finsterniß zu ermessen / schliesse daraus / das einer guten reformation in aller Welt von nöthen seyn wolt / wo anders das Licht Göttliches Worts nicht gar solt verloschen werden.

(d) Verba VVigandi, quae D. Conrad. Schlüsselburgius, calamo suo quondam excepta, dedicationi libri XIII. Catalogi haereticorum inseruit, haec sunt: *Duplex iudicium de rebus spiritualibus et profanis est, Dei nimirum, et hominum. Dei iudicium est, quod suo uerbo expresit, idque sequuntur omnes recto corde: hominum iudicium est, quod ex deprauato humano cerebro nascitur, iudicio Dei contrarium. Id uero sequitur mundus in maligno positus et uere immundus. Iam mundi istius praua iudicia nonnihil ponderentur, quinam scil. aestimentur turbatores omnium maximi, in uniuerso terrarum orbe, in oeconomia, in politia, et in ecclesia. In oeconomia quis turbat pacem domesticam? non liberi nequitiae uacantes, impudice se gerentes, perpetrantes et excusantes omnis generis peccata: sed parentes, iuxta quartum Decalogi praeceptum, obiurgantes liberos, ferulis eos castigantes modice, pro ratione delicti, ad impatientiam, ad renurmurationem, ad fugam eis causam praebentes. Ratio est: quia si quiescerent parentes, ad ipsorum peccata et impietatem conuiuentes, tum inter liberos et parentes nullae forent inimicitiae, iuxta illud Germanorum prouerbium: Wenn die Kinder mögen ihren Willen haben, so weinen sie nicht. Quis igitur est domesticus turbator? Parentes, paterfamilias, dominus, hera. Sic scil. mundanum iudicium prauum sonat. In politia quis turbat politicam pacem? non, iniusta bella moventes, sed magistratus, eos convocatis suis armatis repellens, ac suppliciiis debitis iuxta leges afficiens. Ratio est: quia si quiesceret magistratus, inter motores bellorum et resistentes nulla foret discordia --- Non latrones, passim inuadentes atque exspoliantes uiatores, et homines interficientes, sed magistratus, qui eos tanto impetu persequuntur, ad poenas trabunt, rotisque bonos equites, milites, uiros robustos, impositos coruis uorandos, folisque torrendos exponunt. Ratio est: quia si magistratus quiesceret, ac iudices silerent, tum inter latrones ac magistratus nulla prorsus foret contentio. O facillimam rationem concordiae ineundae et conseruandae, scilicet! In Ecclesia quis turbat ecclesiasticam pacem? Non auctores ac patroni audaces ac pertinaces corruptelarum uerbi diuini, errorum et blasphemorum dogmatum: sed qui ex uerbo Dei monent uacillantes ac errantes, qui contradicentes ueritati coelesti, argumentis clarissimis conuincunt, et ad poenitentiam revocant, Tit. 1. Gal. 1. Matth. VII. Job. X. Ratio est: quia si illi*

clamosi homines, posthabito mandato ac uerbo diuino, tacerent, bona esset pax & tranquillitas, non lacerarent vicissim illi fucatores praestigiarum suos monitores conuitiis et omni genere prohorum --- In communi hominum conuersatione, non raro audias quosdam, Demosthenica aut Ciceroniana grandiloquentia declamitantes, quanta sit turpitudine ecclesiae Christi, quod tanta in ea schismata nunc uigeant, mutuisque scriptis fiant lacerationes foedae, simpliciores turbentur, offendantur, de certitudine doctrinae ambigant. Itaque omnibus modis esse eas rixas sopiendas ac reprimendas. Sed illi, huius mundi filii, non discernunt inter auctorem, et emotorem scandalorum, non faciunt discrimen inter corruptelas, et ipsam ueritatem: non distinguunt errores, et eorum necessarias refutationes, quae iuxta uerbum Dei sunt, non differentiam constituunt inter pacem cum diabolo, et pacem cum Deo, hoc est, inter pacem piam, bonam et salutarem, et pacem impiam, malam et perniciosam, ac tandem tetros errores, uerasque confessiones, hoc est, diabolum et Deum, pariter cupiunt e mundo tollere. Ejusmodi, inquam, inuectiuae indistinctae spiritum huius mundi, et, ut planius dicam, impietatem non exiguam spirant ac produnt. Sed mundus antiquum obtinet, nec poterit corrigi penitus, nisi mundo hoc destructo nouoque adornato. In hoc itaque speculo sese nunc contemplantur filii huius seculi, et peruersitatem iudicii sui expendant, atque discant iuxta uerbum Dei, sanius iudicare. conf. b. D. Neumanni progr. XIX, de autore rixae in certamine Pietistico, et Magnif. Dn. D. Wernsdorfii disput. de causis turbarum in ecclesia, anno sup. edita.

(e) Ministerium Magd. l. c. p. 51. Das andere nichts gültige Bedencken / Das von unverständigen / unchristlichen / oder Heuchlern mag fürgewendet werden / warum wir unser Ampt solten bleiben lassen / mag vielleicht dieses seyn: Es werden durch solche öffentliche gedruckte Schrifften die Bezäncke und Spaltungen nur vermehret / daher die Streitigkeiten nicht können auffgehoben werden. Allein / lieber Herr / wer hat euch so flug gemacht? --- Wann ihr zu Johannis des H. Evangelisten Zeiten soltet gelebet haben / so hätte der H. Apostel sein Evangelium nicht schreiben dürfen / wider Ebion und Cerinthum, denn / nach euren hochwitzigen Einfall / wäre die Schwermerey nur weiter ausgebrochen / und hätte also Ebion und Iohannes nicht können vereiniget werden. Denn euer richtiges Fundament ist dieses / Licht und Finsternis / Christus und Belial, Gläubige und Ungläubige müssen mit einander einstimmen / ob wohl Paulus das Widerspiel lehret. 2. Cor. VI. 14. Aber mercket doch nur diese Lection, und gehet zu den irren-

irrenden Theil / und spricht / er soll sich bekehren / sein Unrecht erkennen / seine ausgeworfene irrthum widerrufen / und friedlichen mit der Kirchen Christi und deren Lehrern leben. Habt ihr das erhalten / so ist etwas geschehen; Sonsten aber nehmet euch umb das Lehrampt nicht an / denn das verstehet ihr nicht. Sutor ne ultra crepidam. Sprach redet euch auch an / und spricht: Dir ist vor mehr befohlen / weder du kannst ausrichten. Solcher Dünckel hat viele betrogen / und ihre Vermessenheit hat sie gestürzet. Syr. III. 24. fqq.

## IX.

Responsionem ad literas illas Cramerianas Euenius iam in chartam coniecerat, (a) sed ab amicis monitus, eam, ut apud pertinacem ac superciliosum aduersarium nihil profuturam, potius suppressere, et controuersiam a Cramero iam publice tractari coeptam, publico etiam iudicio subiicere statuit. Itaque una cum Cotzibuuiio totam causam ad collegia theologorum Helmstädiensium et VVittebergensium retulit, eorumque sententias expetiit. Vtrique pro illis, contra Cramerum pronunciarunt, (b) et Helmstädienses quidem Crameri opinionem et argumenta generatim duntaxat improbarunt, VVittebergenses uero simul rationes, a Cramero allatas, figillatim refutarunt, et theologiam, sensu strictissimo, pariter ac usitatissimo, acceptam, pro *eruditione et facultate, qua prompti sumus ad docendum, in ecclesia, aut academia, uiam ueritatis coelestis, tam quoad fidem, quam opera, et ad arguendum contradicentes, etiam in hominem non renatum cadere, affirmarunt.* Praeterea ad Crameri quaestionem: *quae sit causa operans et habitum theologiae subiecto imprimens?* responderunt: *Spiritus Sanctus, per sacram scripturam docens, (en gratiam Spiritus S. docentem, iam e. t. assertam!) et imprimens homini attentio notitiam de Deo, quae illi salutaris esse potest, et fundamenta errorum contrarios confutandi subministrans, quantumuis ipse thesaurum huius cognitionis sibi salutarem non efficiat, et seruus sciens uoluntatem Domini, eandem non faciat, Luc. XII. 47. et 2. Pet. II. 21.*

(a) Integra Euenii responsio postea ministerio Magdeburgensi exhibita, et ab hoc edita est in *Controu. Cram.* p. 347.

(b) In

(b) Vtrumque responsum, una cum proposita quaestione, sub finem huius dissertationis integrum annectemus.

## X.

Quaerat hic forsan aliquis, utrum recte factum sit, quod Euenius et Cotzibuius, in controuersia illa, theologorum responsa impetrarint, et ad ea deinceps prouocarint? Non desunt hodie, qui consuetudinem istam uehementer improbent, et Papatum redolere, ac postliminio in ecclesiam Euangelicam reuehere, clament, atque adeo omnem controuersias de religione decernendi potestatem theologis plane abrogatam cupiant. Et hoc ii potissimum enixe agunt, qui responsa theologica erroribus suis, nouandique ac summa imis miscendi licentiae, obstare, intelligunt, et, uel propterea, in odium atque inuidiam illa adducere student. Sed contra hos, ante omnia, tenendum est, in quo responsa theologica cum decretis Papalibus congruant, et in quo differant. Conueniunt fortasse, aliqua ratione, in eo, quod sicut haec de *Romanae*, ita illa de *Euangelicae* ecclesiae doctrina testimonium publicum praebeant, atque adeo, perinde ac libri symbolici, licet minori auctoritatis gradu, demonstrent, utrum dogma aliquod sit *nostrum*, an *nouum* et *peregrinum*, si praesertim a pluribus ac diuersis collegiis theologis, heterodoxias in ecclesia nostra non suspectis, ad eandem quaestionem data, inter se consentiant. Hunc uero finem per se innoxium esse, nemo non intelligit. At si quaeratur, utrum dogma aliquod sit *uerum*, an *falsum*, diuersissima est ratio responsi Papalis, et Euangelici. Nam I. Pontifex Rom. in decretis suis pro *norma* habet *ἀναστροφὴν πατρῶν παραδότου*, 1. Pet. I, 18. h. e. maiorum traditiones humanas, et potissimum quidem decreta antecessorum suorum. Haec enim sola sancte seruat, secundum illud Pilati: quod scriptum est, scriptum est. Ab his discedere

dere ipsi religio est, siue ea cum uerbo Dei scripto consentiant, siue pugnent, ne uidelicet priuilegium infallibilitatis Papalis in discrimen ueniat, quo uno ecclesia Romana, quasi Atlante coelum, nititur ac sustinetur. Contra ea, theologi Euangelici, in responsis suis, solum uerbum Dei, ut normam, dogmatis alicuius ueritatem, uel falsitatem diiudicandi, sibi proponunt, secundum Esa. VIII: 20. Differunt praeterea II. *scopo*, siue *fine*. Pontifex enim Romanus decreta sua non uult diiudicari secundum scripturam sacram, sed coeco assensu et obsequio recipi, et rationem assensus non quaerere iubet in consensione decretorum suorum cum uerbo Dei, sed in illo ipso, quod dixi, priuilegio infallibilitatis, sibi soli, tanquam Petri successori, et Christi in his terris uicario, competente. (a) Hinc adeo sententiam suam, ex cathedra Petri pronunciatam, per se uerbum Dei esse, contendit, et nouos fidei articulos condendi, pariter ac dogmata quaedam, olim innoxia, haeretica declarandi potestatem sibi arrogat. Sed theologorum Euangelicorum responsa pro fine habent διδασκαλίαν, καὶ ἐλεγχον, non propria ipsorum, sed scripturae sacrae autoritate nitentem, 2. Tim. III: 16. Itaque nec propter dicentium infallibilitatem, sed propter dictorum ueritatem, et cum oraculis diuinis consensionem, fidem illis haberi uolunt, et decisionem controuersiarum religionis, non authenticam, principalem et magisterialem, Matth. XXIII: 10. hominibus interdicitam, et soli Christo ac uerbo eius uindicatam, Ioh. V: 45. c. XII: 48. Ebr. IV: 12. sed ministerialem, 1. Cor. III: 5. (b) ministris ecclesiae concessam, sibi uindicant.

(a) Ita Hosius Cardinalis de Expresso uerbo Dei p. 3. eum, qui habet interpretationem Romanae Ecclesiae, etiamsi nec scit nec intelligit, an, et quomodo cum Scripturae uerbis conueniat, ipsissimum tamen uerbum Dei habere, affirmat. Plura in eandem sententiam Pontificiorum loca collecta uide in dissertatione de Methodo Iesuitica conuertendi Schwenckfeldianos

D

dianos

dianos p. 20. Hic saltem nouissima arrogantiae illius papalis testimonia addidisse suffecerit. Vnum praebet confessio fidei Romanae, nomine Mauritiū Wilhelmi, Ducis Saxonici, A. 1717. ad Pontificios transgressi, eod. anno Moguntiae edita, et illius uitae, Francof. 1720. uernaculo sermone editae, p. 460. sqq. inserta, cuius art. II. ita habet: Wir bekennen und glauben / daß der Pabst alles / was er neues stiftet / es sey in / oder auffer der H. Schrifft / was er auch anbefohlen / warhafftig als Gottes Wort / und als die Gebote Gottes / zu halten. Alterum suppeditat historia famosissimae constitutionis Papalis, *Unigenitus*, a Clemente XI. a. 1713. contra Palchadium Quesnellum promulgatae, et adhuc usque diem, iis etiam, qui de aperto eius a scriptura sacra, pariter ac ueteris ecclesiae placitis, dissensu conuicti sunt, propter solam auctoritatem Papalem obtrusae. Extant iudicia pro hac constitutione a Cardinali Bussiō collecta, et sub titulo: *Temoignage de l'Eglise universelle en faveur de la Bulle Unigenitus*, Bruxellis, a. 1718. edita, in quibus ex. gr. episcopus Panormitanus p. 62. *intellectum captiuare iubet, ad Petri cathedrae obsequium*, Archiep. Treuirensis p. 94. *infallibilitatem Papalem semper religionis Catholicae fundamentum fuisse*, affirmat. Academia Colonienfis p. 162. *sufficere, censet, quod Papa loquatur, et ecclesia taceat*. Archiep. Caesaraugustanus p. 200. postulat, ut constitutio illa *credatur esse scriptura diuinitus inspirata*. Episcopus Pacis-Augustae p. 272. miratur, quenquam dubitare de eo, quod Papa definiuerit, cum Deus ipse uoluerit, *ut lex egrediatur e Sion*, h. e. ut ipse interpretatur, ex ecclesia Romana. Canonici Hispalenses p. 288. *se coeca fidei obedientia, decreta Papalia amplecti, gloriantur, reliqua.*

(b) Quod h. l. de Paulo et Apollo dicitur, eos esse ministros per quos (δι ὧν, non δι ἧς, propter quos) Corinthii crediderint, siue ad fidem uerbo Dei habendam perducti fuerint, idem de quouis idoneo et fidei ministro Ecclesiae Euangelicae, uere, et citra ullam arrogantiae suspensionem, dici potest. Fieri quidem interdum solet, ut homines simplices, catechumeni, et fide saluifica initiandi, credant propter sermonem ministri ecclesiae, uel parentum et praeceptorum suorum, sicut tempore Christi, in his terris docentis, Samaritani quidam initio credebant διὰ τὸν λόγον τῆς γυναῖκος μαγιστρίας, Ioh. IV: 39. At hoc theologi nostri nequaquam postulant, sed unicuique libertatem relinquunt quotidie seruandi scripturas, et explorandi, an haec ita se habeant, Act. XVII: 11.  
imo

imo hoc optant, suadent, et iubent, ut unusquisque, exemplo eorundem Samaritanorum, in fide confirmatorum, credat potius *διὰ τὸν λόγον τῆς χειρὸς*. Ioh. IV: 41. et cum iis dicere possit: *Non iam credo propter sermonem tuum, ipse etiam audiui, (legi) et scio, quod hic est uere saluator mundi, Christus.* v. 42.

## XI.

Sed si omnis huius decisionis Evangelicae autoritas unice a consensu cum scriptura s. pendet, quid impedit, inquis, quominus laici, aequae ac theologi, controuersias religionis decidere possint? Respondeo I. per instantiam: Cur non, ex pari ratione, controuersias iuridicas, aequae ab aliis quibuscunque ciuibus, quam a collegio scabinorum, uel iurisconsultorum, decerni posse, affirmas? nam ut cuius Christiano uerbum Dei, ita etiam unicuique ciui leges illius reipublicae, in qua uiuit, notae esse debent. Dices forsitan: non omnes aequae leges et iura interpretari, et ad casus dubios accommodare possunt, aut si qui etiam extradicastra, uel collegia iuridica, quid, in quauis controuersia, iuris sit, intelligant, tantum iis abs re sua otii non esse, ut iuri dicundo uacare possint: aut, etiamsi neutrum horum obstet, illos ad hoc munus publico nomine non esse uocatos et constitutos, ac uel propterea, minorem esse eorum in respondendo fidem, minorem autoritatem. Sed cur, quaeso, non eadem rationes tibi probant, quod theologorum, communi ecclesiae nomine consensuque legitime constitutorum, et nullius heterodoxias suspectorum, perinde sit, de controuersis theologis, quam iureconsultorum de controuersis iuridicis, sententiam dicere, ac respondere? Sane doctrinam et analogiam fidei Christianae non tantum catechetice, sed etiam acroamaticae, hoc est, ita intelligere, ut rationes, eam ex sacris literis accurate probandi, a peregrinis dogmatibus exacte discernendi, et contra quascunque aduersariorum argutias uindicandi, in

promptu habeas, non magis est omnium Christianorum, quam iurisprudencia omnium ciuium. Inter eos autem, qui facultatem illam consecuti sunt, quos rectius de controuersis fidei consulueris, quam qui non modo totum uitae suae tempus sacrarum literarum studio unice deuouerunt, sed etiam, propter doctrinae copiam et puritatem, cum pietate et uitae innocentia coniunctam, rite exploratam ac sufficientibus documentis comprobata, publico Ecclesiae nomine suffragioque, ad munus theologiam docendi, et controuersias eo spectantes examinandi, legitime uocati sunt, et in aditu huius muneris, se doctrinam Euangelicam, Aug. Confessione, ceterisque libris symbolicis ecclesiae nostrae comprehensam, pro uera uerboque Dei conformi agnoscere, et bona fide conseruatuos, pro uirili propagatuos, et errores illi contrarios, si qui ab aliis admittantur, indicatuos esse, iurato confirmarunt? Huic uero constitutioni ecclesiasticae accedit II. etiam singularis quaedam ratio, puta, uoluntas diuina, qua ordinis sacri homines, religionis curam internam legitime sustinentes, de controuersis religionis consuli, et respondere, iubentur, Malach. II: 7. Scilicet ministri ecclesiae simul etiam ministri Dei sunt, eoque sensu uocantur *ἀνδρωπῶται τῆς Θεῆς*, 2. Tim. III: 17. et oeconomi mysteriorum Dei, I. Cor. IV: 1. Quare non immerito horum iudicium decisuum, in controuersis theologice, a iudicio discreti uo et priuato, omnibus Christianis communi, distinguitur. III. Hanc rationem examinandi ac discernendi controuersias theologicas, uoluntati et institutioni diuinae conformem, sicut semper purior Dei coetus obseruauit, ita etiam Principes Christiani ratam habuerunt. Nam quod Ambrosius de primo Imperatore Christiano, Constantino M. eiusque filio et successore Constantio, praedicat, eos liberum de doctrina et controuersis fidei iudicium sacerdotibus dedisse, (a) id omnium oecumenicorum, imo et aliorum

rum



rum conciliorum, more antiquo et Apostolico habitorum, praxis confirmat. Quin etiampost sacrorum emendationem, ac restitutam Euangelii lucem, Aug. confessio, Principum ordinumque Euangelicorum nomine a. 1530. publice exhibita, in art. de potestate eccles. p. 40. ad munus eorum, quibus commissum est ministerium uerbi et sacramentorum, refert: *cognoscere doctrinam, et doctrinam ab euangelio dissentientem reicere, et impios, quorum nota est impietas, a communione ecclesiae excludere, non quidem ui humana, sed uerbo.* imo addit: *hic necessario, et de iure diuino, debent eis ecclesiae praestare obedientiam, iuxta illud: qui uos audit, me audit.* Et in statutis facultatis theologiae Wittebergensis, a. 1533. emendatis et confirmatis, C. I. de genere doctrinae, edicitur, quod *penes academiam semper debeat esse praecipua gubernatio et censura doctrinae.* Itaque cum deinceps in ecclesia nostra dissensiones, de capitibus quibusdam religionis, ortae essent, Principes Euangelici, non quamcunque de religione opinionem pari loco numeroque habendam, neque, secundum Hobbesii placita, doctrinam aliquam rationi status sui conuenientissimam, pro arbitrio seligendam, et pro imperio subditis suis obtrudendam censuerunt: sed controuersias illas theologis, ad normam uerbi diuini examinandas, diiudicandas et decernendas commiserunt, et cum horum declarationem uerbo diuino consentaneam esse, intelligerent, eam propterea ratam habuerunt, et cum ordinum suorum consensu, ut symbolum, et normam confessorum fidei, confirmarunt. Memorabile est, quod de religiosissimo Principe Electore Augusto, Saxoniae nostrae Theodosio, cuius potissimum cura et auspicio liber Christianae Concordiae conscriptus est, referunt annales Saxonici, eum theologos, Lichtenburgi ad diiudicandas controuersias illas congregatos, seuerè monuisse, ut nihil in hac deliberatione, affectibus, uel cuiuscunque hominis fauori, tribuerent,

rent, sed omnia ad Dei gloriam et ecclesiae salutem unice referrent, et pro felici huius deliberationis successu preces ardentissimas ad Deum fudisse. (b)

(a) Ambrosius in Epist. XXI. ad Imp. Valentinianum T. II. oper. col. 862. edit. Paris. Benedictinorum: *Si conferendum de fide, sacerdotum debet esse ista collatio, sicut factum est sub Constantino, aug. memoriae Principe, qui nullas leges ante praecepit, sed liberum dedit iudicium sacerdotibus, factum est etiam sub Constantio, aug. memoriae Imperatore, paternae dignitatis haerede.* Idem de Constantino M. confirmat Socrates in Hist. Eccl. lib. I. cap. VIII. p. 21. ubi, quid in concilio Nicaeno egerit, his verbis ostendit: *Tunc igitur, cum de pace et concordia abunde differuisset, deinceps, ut de religionis nostrae dogmatibus accuratius disquirerent, (episcopi) eorum arbitrio potestatique permisit.*

(b) Ioh. Seb. Müller, in Annal. Sax. ad a. 1576: Den 13. Febr. wurde auff ist gedachten Churfürstens Befehl und Verordnung/ zu Lichtenburg/ so ein Chur-Sächsisch Schloß an der Elbe/ zwischen etlichen Theologis, um einen Vergleich in der Religions-Streitigkeit zu treffen/ ein synodus gehalten. Vor Antritt desselben aber/ vermahnete der Churfürst selbst/ in hoher Person/ selbige samt und sonders mit allem Ernst: Daß sie alle affecten bey seit setzen/ und ihre consilia, ohne Ansehung einiger Person/ allein Gott zu ehren/ und der ganzen werthen Christenheit zum besten/ richten möchten. Zeit wärend der dieser sehr wichtigen Berathschlagung/ hat der Churfürst/ nebst seiner Gemahlin/ wann die Theologi gleich in der conferenz beysammen gewesen/ allezeit in seinem Cabinette auff den Knien gelegen/ und mit herzlichem Seuffzen Gott inniglich angeruffen/ durch seinen H. Geist der Lehrer Herzen zu erleuchten/ und selbige zur Wahrheit/ rechten Verstand/ und göttlicher Einigkeit dergestalt zu führen/ damit dadurch die Ehre seines heiligen Namens/ und die Wohlfart der ganzen betrübtten Christenheit treulichst befördert/ die Sache in Gottesfurcht/ mit Christlichem Ernst erwogen/ und den streitigen Puncten abgeholfen werden möge.

## XII.

Sed quae, inquires, huius decisionis autoritas, quae executio est, cum theologi nullam iurisdictionem, nullam  
eiici-

eiiciendi haereticos potestatem habeant? Respondetur: exsecutio decisionis theologiae duplex est, alia primaria, interna et spiritualis, alia secundaria, externa et ecclesiastica, quam nonnulli *formalem* dicunt. Exsecutio *interna* et spiritualis fit per ipsas rationes decidendi, et per testimonium Spiritus S. ex sacris literis petitur, in eorum conscientia, qui debitam ad res tanti momenti, recte ponderandas, attentionem, curam et docilitatem adhibent. Vt enim error nouus et indies variabilis, ita ueritas antiqua, constans, ac semper eadem est. Quare, pressa licet aliquamdiu et occultata, tandem triumphat, et in controuersiam uocata, sicut aurum igne purgatum, post depulsas finistorum affectuum nebulas, clarius exsplendescit. Hanc uim cum ueritas etiam naturalis, historica et philosophica, saepe ostendat, quis ueritati diuinae, uerbo Prophetarum et Apostolorum susperstructae, eam denegauerit? illi, inquam, ueritati, quae est *λόγος κριτικός ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν καρδίας*, Ebr. IV:12. et *homines iudicabit in die nouissimo*, Ioh. XII: 48. Pro uoco ad ipsam experientiam, quae sicut omni tempore, ita etiam post restitutam, D. Lutheri opera, primitiuam Euangelii lucem, luculentis exemplis id comprobauit. Sic iam sua aetate Lutherus uere praedicauit, se indulgentias, missam, aliasque corruptelas papales, *non per bipennem, sed per Euangelii praedicationem, euertisse*, quod uerbum, *se dormiente, aut cum Philippo suo atque Amsdorfio 27 abum VVittenbergensem bibente, papatum ita laborare fecerit, ut nullus unquam Principum, aut Caesar ipse, tantum ei derogarit*. Vid. tom. VII. Oper. VVitteb. Lat. p. 274. Et in hoc ipso Carlstadium reprehendit, quod hic externa ui prius altaria atque imagines e templis, quam ui interna uerbi diuini, idola e cordibus hominum eiecerit. Sic postea Osiandriismus, Stancarismus, Flacianismus et aliae huiusmodi haereses, in ecclesia nostra exortae, multo ante, quam ordinum Euangelicorum auctoritate publica pro-

proscriberentur, ut ueritatis Euangelicae debellatae conciderant. Sic ipsum, quem hic recensemus, And. Crameri, sic praeceptoris eius, Dan. Hoffmanni, errorem, uel solis theologorum argumentis, ex Scriptura S. petitis, funditus euersum prostratumque esse, neminem, qui utriusque partis scripta attente legit, latere potest. Sic nostra etiam aetas, per Dei gratiam, aduersarios clamorissimos ad confusionem et silentium redactos, sic speciatim errorem de termino peremptorio, cum auctoribus suis, nuper sepultum uidit, licet nulla ad eos coercendos externa magistratus auctoritas accesserit. Haec, inquam, est executio illa, quam dixi, iudicii theologici *interna* ac praecipua, ipsi Spiritui sancto, tanquam auctori et causae principali religionis et ueritatis diuinae, pariter ac iudici et uindicti, per uerbi ministerium efficaci, merito adscribenda. Dixi uero non sine causa, hanc uim ueritatis eos tantum persentiscere, qui debitam ad res tanti momenti industriam, attentionem et docilitatem adferunt. Nam qui aliis negotiis impediti, uel sufficienti doctrina, aliisque subsidiis, ad huiusmodi controuersiarum diiudicationem necessariis destituti, momenta earum satis expendere nunquam uel uoluerunt, uel potuerunt, sibi met ipsis imputent, quod, quid in unaquaque re uerissimum sit, minus perspiciant, et desinant tritum illud, sed Christianis profecto indignissimum, argumentum theologis obgannire: aduersarii uestri, aequae ac uos, prouocant ad uerbum Dei, utris ergo credemus? quasi uero parum intersit inter *prouocare* ad uerbum Dei, et inter *probare* ex uerbo Dei! et quasi non etiam quotidie in foro, iniurissimarum causarum patroni ad leges iustissimas prouocent, qui tamen, consentiente omnium iustorum peritorumque iudicum sententia, causa cadunt. Itaque hi tales sibi responsum dictumque putent illud sancti Pauli: *omnia probate, et quod bonum est, retinete.* 1. Thess. V. 21. et debita cum modestia ac docilitate

*atten-*

*attendant firmissimo illi sermone prophético, ceu lucernae, in loco obscuro apparenti, donec dies illucescat et lucifer oriatur in cordibus suis, 2. Pet. I:19.*

## XIII.

Datur vero praeterea etiam executio iudicii theologi-  
gici *externa*, ecclesiastica et secundaria, quando nimirum  
illi, qui de religionis suae ueritate, et cum sacris literis  
conformitate, persuasi sunt, arctius inter se coniuncti, com-  
muni nomine ac sententia, nouorum, contrariorum, per-  
niciosorumque dogmatum autores et defensores pertina-  
ces, ὁμόνοιαν τῆς πίστεως s. unitatem fidei, magno simplici-  
orum periculo, turbaturos, communionem suam ecclesiasticam  
excludunt, et praecipue a muneribus sacris arcent, se-  
cundum mandata diuina, Matth. VII:1. Rom. XVI:17.  
Gal. V:9, 10, 12. 2. Thess. III:6. Tit. I:11. et c. III:10. 2. Ioh.  
uerf. 10. Et haec potestas, etsi per se toti populo Christia-  
no communis est, tamen, propter diuersitatem aetatis, or-  
dinis, functionum, et donorum animi, quibus Deus homi-  
nes instruit, non a singulis membris ecclesiae aequaliter ex-  
ercetur. Quod si Princeps iisdem sacris addictus sit, du-  
bium non est, quin potestatis illius exercitium, aequè ac  
tota gubernatio ecclesiae externa, illi, per consensum ec-  
clesiae, siue expressum, siue tacitum, optime et rectissime  
relinquatur, non quidem tanquam capiti ecclesiae, haec  
enim dignitas soli Christo debetur, neque ut Principi rei-  
publicae, huic enim omnes quidem ciues, qua tales, iure  
diuino obsequium debent, non uero ciuium religio subie-  
cta est, (a) sed tanquam praecipuo totius ecclesiae mem-  
bro, auctoritate et uiribus, ad gubernationem necessariis, a  
Deo praeter ceteros instructo. Tali auctoritate Principes  
et ordines Euangelici, non modo Augustanam Confessio-  
nem, *tanquam suam pariter ac concionatorum suorum*, ut est in  
E praefa-

E

praefa-

praefatione eius ad Imperatorem Carolum V, communi nomine obtulerunt, sed postea etiam, quam liber Christianae concordiae a theologis confectus fuerat, edixerunt, ut secundum eum *examina instituerentur, neque quisquam ad publica munera admitteretur, quin eum tum subscriptione, tum data per iusiurandum fide, approbauerit.* Denique *se operam duros publice promiserunt, si uel renascantur controuersiae iam sopitae, uel nouae in religionis negotio oriantur, ut ea absque longioribus et periculosis ambagibus, ad praecauenda offendicula, in tempore e medio tollantur et componantur,* in praef. Form. Concord. Et huius promissi memor illustrissimus quondam Electoratus Saxonici administrator, Fridericus Wilhelmus, paulo post publicatum librum Concordiae, controuersiam Huberianam, de electione uniuersali, coram peritis quibusdam Politici pariter ac theologici ordinis arbitris, excutiendam curauit, et Hubero pertinaciter in errore perseveranti, munus docendae theologiae abrogauit, ut acta Huberiana testantur, a Neumanno et Schmidio rursus edita. Eodem fere tempore, anno uidelicet 1601. Henricus Iulius, Dux Brunswicensis, D. Dan. Hoffmannum, Professore Theol. Helmstadiensem, ad palinodiam publicam erroris sui adegit, et hunc ex terris suis, speciatimque ex Academia Helmstadiensi, proscrispsit. Ceterum hanc executionem, quam nonnulli decisionem *κατ' ἐξοχήν* nominandam putant, non sine causa *secundariam* diximus, quia uidelicet primariam, hoc est, internam et spiritualement, pro fundamento habere debet, ac si eo destituatur, uiolenta atque iniusta est. Ex quo patet, 1. quid de tribunali Inquisitionis Pontificiae, de anathematibus Tridentinis, et similibus decisionibus externis, sit iudicandum. 2. quam imprudens sit eorum consilium, qui hodie, in consultationibus de religione instituendis, theologorum sententiae nullum, aut saltem postremum, locum relinquentem censent.

(a) Hinc

(a) Hinc Christiani olim, sub Imperatoribus idola colentibus, extra statum persecutionis, libere, et his minime inuitis, aut iuris sui detrimentum inde metuentibus, secundum conciliorum suorum decreta, episcopos dignos elegerunt, pariter ac indignos et haereticos vicissim eiecerunt, anathemate notarunt, et communione sua excluderunt. Quid, quod Imperator Alexander Severus, in constituendis provinciarum rectoribus, exemplum Christianorum, libera suffragia in pastorum ordinatione exigentium, ad imitandum proposuit, leg. Lampridii Alex. Sev. c. XLV. et Imp. Aurelianus non modo Pauli Samosatani excommunicationem, in concilio Antiocheno decretam, non impediuit, sed etiam, sede episcopali cedere recusantem, ad preces Christianorum, vi militari eiecit, et iis domum tradi præcepit, quibus Italici Christianae religionis antistites literas mitterent, teste Eusebio Hist. Eccles. L. VII. c. XXX. p. 282.

## XIV.

Vt e diuerticulo in uiam redeamus, responsa illa, quae diximus, theologica Cotzibuius et Euenius collegio ministrorum ecclesiae Magdeb. una cum literis suis (a) exhibuerunt, quibus totam rem illorum iudicio subiiciunt, et se saltem Crameri insultibus liberari, petunt. Qua de causa illi, die 1. Maji eiusd. anni 1623. in aedibus senioris, Matthaei Stragutii, ad aedem Spiritus sancti, Pastoris, congregati, id enixe egerunt, ut concordiam inter dissentientes refarcirent, et propterea suaserunt, ut utrique sententias amice inter se conferrent. Sed Cramerus omnem causae cognitionem recusauit, imo irritam declarauit, et se publicis scriptis sententiam suam expositurum, pariter ac uindicaturum, professus est. (b) Cumque tali modo primum sacerdotum Magdeb. concilium elusisset, ad secundum, d. 6. Maji, ad tertium, d. 15. Iulii, et ad quartum, d. 24. Iulii habitum, uenire prorsus neglexit. Hinc duo ministri ecclesiae ad Cramerum missi, de communi totius collegii decreto eum certiore fecerunt, quo utrique parti controuersiam hanc, publicis scriptis, sine consensu ministerii editis, continuare

interdicebatur. Cui quidem Cramerus, aequae ac Euenius et Cotzibuuus, se parituro promisit, sed mox, contra datam fidem, alterum scriptum eristicum, clanculum imprimendum, et Lipsiae, aliisque locis, diuendendum curauit. (c)

(a) Extant hae literae in Ministerii Magdeb. Controuersia Crameriana, et quia controuersiae huius originem ac progressum apprime illustrant, in appendice huius dissertationis No. IV. integrae repetentur.

(b) Ipse Cramerus, in dem gründlichen Bericht p. 81. D. Gilbertus, inquit, begerte/ man solte die Frage öffentlich verlesen / und darauf forschen / ob das meine Meinung wäre / ich solt mich erklären. Ich habe alsbald wider alle attentata solennissime protestiret/ und dan ich mich nicht wolte in mündlich Gespräche einlassen/ hätte mein wichtiges Bedencken / ich wolte schriftlich die Sache handeln und ausführen.

(c) Ministerium Magd. in Controv. Cram. p. 106. Darumb man abermahl conuentus angestellet/ und beyden Theilen bey ihren Pflichten auf erleget nichts weiters drucken zu lassen/ohne Consens des Ministerii, dem dann Herr M. Cotzibuuus sich gutwillig ergeben und zugesaget / so ferne sein Gegentheil M. Cramer ruhig seyn werde / wolte er auch gar gerne innehalten. Welches er sich auch von dem abwesenden Herrn Rectore versichert wisse. M. Cramer hat sich aber dessen geweigert / biß er ja endlich in seinem Hause den Abgesandten vom Ministerio zugesagt und versprochen/ mit dem drucken inne zu halten/ biß es das Ministerium würde gesehen und censiret haben. Uber verhoffen aber / wider Pflicht und Zusage / komt ein ander teutscher Tractat heraus/ unter dem titul: M. And. Cramers gründlicher Bericht 2c. et paulo post: dieses unflätige Buch ist heimisch gedruckt/ und verschlagener Weise an 200. Exemplaren in Leipzig verschleppt und verpartiret / und das durch unter viel Leuten ausgebreitet worden = Des Ministerii etliche Acta. Die M. Cramer vermeint hat ihm dienlich zu seyn / sind wider Pflicht und Recht hinein gemischet/ etliche stücke verstümpelt = und das ganze Ministerium, wider Verdienst / schimpflich tractiret worden.

### XV.

Cum igitur tali modo, Cotzibuuio et Euenio publice respon-



respondendi necessitas imponeretur, plurima in utramque partem scripta, breui temporis interuallo, in lucem prodierunt, ex quibus ea, quorum titulos hic subiungimus, ad manus nostras peruenerunt:

I. M. Andreae Crameri *Oster-Schatz* aus Christi Todt und Auferstehung herfür gesucht, in Gerechtigkeit, Fried, und Freud des H. Geistes, zur Erbauung des Reichs Gottes und Beförderung des wahren Christenthums. Im lebendigen Glauben und brünstiger Liebe. [Cum gratia et priuilegio Magdeburg.] zum andern mahl gedruckt, bey Wendelin Poln, in Berlegung Emmeriani und Ambrosii Kirchner.

Scriptum hoc, Magdeburgi a. 1623. primum editum, et 1624. recusum, continet aliquot sermones Paschales ad Marc. XVI: 6. Luc. XXIV: 36. Ioh. XX: 19. Rom. XIV: 17. et Gal. V: 6. habitos, in quibus definitionem theologiae Euenianam semel iterumque acriter perstrinxit, ut iam supra §. VII. ostendimus. In titulo eius, quod nobis ad manus est, exempli, uerba Latina, quae uncis inclusimus, atramento uicissim deleta sunt, ita, ut uix literae quaedam transpareant. Qua ratione id factum fuerit, ministerium Magd. in praef. ad Controu. Cram. N. 10. his uerbis indicat: Er (Cramerus) enthalte sich der criminum falsi, wie er denn eine schwere Sünde begangen/ Daß er hat dörfen ohne censur seinen sogenandten *Oster-Schatz* zum andernmahl drucken/ und darauff setzen lassen / auff etliche exemplar: Cum gratia et priuilegio Magdeburg. auff etliche aber: cum gratia et priuilegio senat. Magdeb. Ist aber alles falsch und erlogen / und hat ein Ehrnb. Rath kein Wort darum gewußt. Darum denn diese Wort auff allen exemplaren (auffer denen / die von ihm verschleppet / oder sonst heimlich verpartiret worden /) haben müssen ausgelescht werden / wie denn öffentlich an den exemplaren zu sehen. Und hat ein wohlweiser Rath deswegen auch billig auff solch erwiesenen Frevel eine gebührende Geld- und andere Straffe geleyet. Von solchen falschen Stücken / damit er hat gedacht die Einfältigen zu berücken / lasse er ab / und handele auffrichtig.

II. Enodatio quaestionis de habitu theologico: Das ist, Kurze und einfältige Erörterung, aus und nach Gottes Wort, der neu entstandenen Frage: ob die theologia oder Wissenschaft der H. Schrift, welche von tüchtigen Predigern und Lehrern erfordert wird, ein habitus, oder Fertigkeit und Geschicklichkeit von Göttlichen Dingen zu handeln, könne und möge genennet werden? Aus Liebe und Rettung der Wahrheit, Ablehnung wideriger Meynung und allerhand angetichten Auflagen, den einfältigen und unerfahrenen zum Unterricht, männlichen aber zur Nachrichtung, zu Papier gebracht, und in offenen Druck gegeben, durch M. Ioh. Cotzibuuium, Pfarrer zu St. Jacob, und M. Sigism. Euenium, Rectorem Gymnasii Magd. verlegt und gedruckt zu Magdeb. durch And. Beßeln im Jahr 1623.

Librum hunc cum censura et approbatione Ministerii Magdeb. prodisse, docetur in Controu. Cram. p. 105. Cramerus im gründlichen Bericht p. 155. ita de eo scribit: Unterdessen haben Cotzibuuus und Euenius ihr Büchlein / Enodatio quaestionis de habitu theol. genandt / drucken und publiciren lassen / daß es den 11. Aug. allhier in der Stadt allenthalben auff der Gassen ist herum getragen worden / wie sonst eine neue Zeitung.

III. M. And. Crameri gründlicher Bericht, und nothwendige Erinnerung von der jüngst entstandenen Streit-Sache, neben deutlicher Erklärung des rechten, aber listig vertuscheten Haupthandels, aus dem blinden gewirre M. Cotzibuuü und Euenii herfür gesucht, und der Himmlischen Wahrheit zu steu-er publiciret. Magdeb. gedruckt bey Wendel. Pola A. 1623.

Et si post editam Cotzibuuü Enodationem, interuentu ministerii, inter utramque partem conuenerat, ut nulla amplius in hac lite scripta publice ederentur, tamen, contra istam conuentionem, et contra datam a Cramero fidem, scriptum hoc, inuito et inconsulto ministerio, clanculum prodisse, docent uerba paulo ante ex Controu. Cram. p. 106. recitata.

IV. Apologia, oder gründliche Widerlegung der von M. And. Cramero, wider die wider ihn jüngst erörterte Frage, von

von

von der Natur und Wesen der theologiae, oder theologischen Schrift Wissenschaft, und ob dieselbe auch bey den Heuchlerischen Kirchen-Dienern, und so auffer dem Glauben und Stand der Wiedergeburch in Sünden fallen und leben, dennoch seyn und bleiben, und daher auch ein Heuchler das Predigampt mit Frucht führen, und Gottes Wort für lauter und rein verhandeln könne, in seiner ausgegebenen Erinnerung zu Marckte gebracht, wieder eingeschicket und entgegen gesetzt, durch M. Ioh. Cotzibuum, gedruckt zu Wittenberg, bey Ioh. Hacken, 1625.

Scriptum hoc cum censura ordinis Theol. Witteb. prodissit, docet controu. Crameriana p. 109.

V. M. And. Crameri kurze, in der Schrift wohlgegründete, und aus Lutheri theologia herfürgesuchte Erinnerung, vom Grund und Erbauung des wahren Christenthums, darinnen zugleich die vermeinte Apologia M. Cotzibuum abgelehnet wird. Magd. gedruckt bey Wendelin Poln. 1623.

VI. M. Ioh. Cotzibuum wohlgegründete und aus H. göttlicher Schrift, und bewehrten Kirchen-Symbolen ausgeführte Christfreundliche, brüderliche, doch dabenebenst theologische ernste Gegen-Erinnerung, auff M. Crameri, wider die wider ihm ergangene Apologie wiederholte Erinnerung, in welcher ihm nochmahln zu erkennen gegeben wird, daß er etwas von unsern Kirchen-Büchern, und des Magd. Ministerii Bekantnuß zu weit gehe, und daß er sich disfalls demnach zu denselben brüderlich wieder begeben wolle, angemahnet, oder, in dessen Verbleibung, zu Lutherischer Theologen und unpassionirter Richtern Erkantnuß, diß Werck endlich gestalt wird, zu Magd. gedruckt durch And. Beßeln, 1624.

VII. M. And. Crameri Predigt vom Reiche Gottes und des Teuffels am Sonntag Judica gehalten, Magd. 1624.

VIII. Christliche Betraurung der fast seltsamen Verwirrung M. And. Crameri, daraus es sich mit der Zeit ansehen  
läßt

lässet/ als wenn er selber nicht wisse, wo er in den bisher bestrittenen Hauptpuncten zu Hause gehöre, und was er endlich aus sich selbst machen solle, aufgesetzt, und zu endlicher einstellung der Gegenantwort, auff solch wunderbahre Gewirre, in offenen Druck gegeben von M. Ioh. Cotzibuuiio und M. Sigism. Euenio Magd. 1624.

IX. M. And. Crameri Schreiben an einen guten Freund, darinnen der rechte neruus, oder Kern der controuersien von todten habitu herfürgesucht, und die Wahrheit deutlich gezeuget, auch klärlich dargethan wird, daß Gegentheil nicht allein zur ungebühr die Wahrheit verkehre, sondern weidlich von der rechten Erbauung des Christenthums abweiche. Magd. durch Wendel. Poln 1624.

X. Wiederholter nichtiger Umschweiff M. Crameri, das mit er den neruum oder Kern der bishero unter uns geführten Streitigkeiten herfürgesucht, die Wahrheit gezeiget, und die ihm aus unwidertreiblichen Gründen zugemessene Irthümer durch seine vermeinte Erbauung abgelehnet will haben. Der Wahrheit zu steuer und zu endlicher Abhelffung dieses nunmehr gnugsam erörterten ergerlichen Streits, an das Tages-Licht in öffentlichen Druck fürgestellt von Cotzibuuiio und Euenio Magd. 1624.

XI. M. And. Crameri Fernere Erinnerung vom Grund und Erbauung des Christenthums, in deutlicher schriftmäßiger Erklärunge XXII. Streit-Fragen, so aus den umbschweiffenden Luftsprüngen, zum rechten Ziel des Christenthums, herangerücket und uentiliret werden, zur richtigen Erörterung des habitual-streits, wider Cotzibuuii und Euenii hönische und untheologische Schrifften, der Christlichen Kirchen, Gemeine der Heiligen, hiermit vorgestellt und übergeben. Magd. 1624.

XII. Controversia Crameriana Magdeburgensis, das ist, wahrhaftige Beschreibung des entstandenen Magdeburgischen Crame-

Cramerischen Kirchen-Streits, darinnen der Ursprung, Haupt-  
handel, versuchte Beylegung und Hinderniß der ganzen con-  
trouersiae ausführlich gewiesen wird, wider den genandten M.  
Crameri gründlichen Bericht 2c. aus erheblichen Ursachen, und  
auf unterschiedlicher Theologorum Rath, approbation und  
Begehren, in Druck gegeben durch die Pastores und Diaconos  
des Ministerii zu Magdeb. gedruckt in Wittenberg 1624.

XIII. And. Crameri Wiederholete kurze Erklärung des  
habitual-Streits, gedruckt im Jahr 1625.

### XVI.

Praeter scripta hactenus recensita, quae (una duntaxat  
epistola, quam N. VII. ne series interrumperetur, citauimus,  
excepta) nobis ad manus sunt, haec etiam, ut iam a.  
1624. edita, memorari, uidemus:

XIV. Christlicher Probier-Stein der specialen declaration  
M. And. Crameri, durch M. Cotzibuuium und Euenium.

XV. M. Crameri schlußliche kurze Antwort.

XVI. Cramerus prostratus, coram ecclesia conuictus  
et miserrime confusus. d. i. augenscheinliches, handgreiffliches  
Beweissthum, wie M. And. Cramerus etc. von M. Ioh. Co-  
tzibuuio und M. Sig. Euenio.

XVII. Crameri Herzens-Seuffzer.

XVIII. Herzens-Seuffzer dreyer Collegen M. Crameri.

### XVII.

Vtrum pluribus, et quibus scriptis postea haec contro-  
uersia cum Cramero continuata fuerit, non inuenio. Crame-  
rus interea, cum errorem suum omnibus ecclesiae Euangeli-  
cae theologis ac ministris, si solum fortasse Ioh. Schraderum,  
pagi Aluenslebiensis Pastorem, (a) Dan. Hoffmanni et Wenceslai Schillingii asseclam, excipias, improbari, intelligeret,

F

omne

omne de eo iudicium ecclesiasticum sedulo subterfugit, (b) quod nihilominus Magdeburgi contra eum institutum fuisse, ex ipsius Ministerii ecclesiastici narratione discimus. (c) Quem exitum istud habuerit, certorum quidem et extra omnem controversiam positorum monumentorum testimonio non constat, quae ipsam fortasse funestum excidium Magdeburgense paulo post absumsit. Sunt, qui Cramero, erroris conuicto, munus sacrum abrogatum esse, tradant, perinde, ac paulo ante, locius eius, Schillingius academia Helmstadiensi eiectus fuerat. (d) Et ipse, se eiusmodi euentum metuisse, haud obscure innuit. (e) Sed eum tamen in urbe Magdeburgensi, usque ad eius excidium, remansisse, non contemnenda indicia produnt. (f) Quocunque modo ista se habeant, errorem certe Crameri ab eo tempore Magdeburgensis ecclesia proscripsit, et constanter deinceps, tanquam suae pariter atque communi doctrinae Evangelicae aduersum, et perniciosum, damnauit. (g).

(a) De Schradero hoc uide, quae supra ad §. IV. lit k. annotauimus.

(b) Ipse Cramerus in praefatione der ferneren Erinnerung/ illud his uerbis profitetur: Es gehet mein Gegentheil damit um/ daß etwa durch der Obrigkeit Vorschub ein Gerichte bestellet/ und diese streitige Sache demselben untergeben würde/ zur endlichen unwidersprechlichen decision, dabey es ganz und gar bleiben/ und der Sache abgeholfen seyn sollte. = Doch sage ich dieses meinem Gegentheil sein teutsch heraus/ dahin sie es mit mir spielen/ werden sie es/ wilts Gott/ nicht bringen/ daß sie mich solten mit ihren Helffers-Griffen bestrecken/ und meiner Freyheit/ die ich in Christo Jesu/ so wohl meines Ampts/ als auch Christenthums halber/ habe/ berauben.

(c) Controu. Cramerianae praef. p. 3. Und soll diese unsere Schrift nicht angesehen werden/ als ob sie eine endliche decision oder Erörterung/ oder eine vollkommene gänzliche Widerlegung aller und jeder Cramerischer Streit-Puncten seyn solle/ Denn dieses alles zu einer andern Zeit/ und zu einem andern process billich verschoben wird/ wie folches

aus

aus dem angeordnetem Consistorial-Bericht/ ferners wird bedacht und berathschlaget werden 2c.

(d) Godofr. Arnoldus Haereseol. P. II. lib. XVII. C. VI. §. 20. p. 485. ex relatione MS. nepotis cuiusdam Schillingiani et Hist. Eccles. MS. Aegidii Strauchii, de Schillingio et Cramero haec refert: Er (Schillingius) hat nachmahls (post relegationem Helmstadiensem) sich zu Magdeburg auffgehalten / allwo ihm ein Pastor zu St. Iohannis, M. Antonius (scribere uoluit, certe debuit, *Andreas*) Cramerus, und Ioh. Angel. Werdenhagen, der bekandte Jurist / beygestanden / darüber auch jener (Cramerus) nach dem Streit mit Euenio, remouiret worden.

(e) Cramerus in der kurzen Erinnerung p. 12. Es wurden censuren über mich eingehohlet / und bey dem ministerio eine Klage angestellet. Dahero ist nun dieser Streit erwachsen / und so weit kommen / wie jetzt am Tage / daß ich darüber soll und muß verkehret / und wohl endlich ganz und gar / wie die Sage gehet / meines Ampts entsetzet werden.

(f) M. Henr. Sebal, in Breviario Hist. p. 301. refert, Cramerum, in excidio Magdeburgensi, fauore militis cuiusdam Caesarei, qui Hannouerae eo quondam usus fuerit praeceptore (dicere forsan uoluit, *condiscipulo*, uid. supra lit. e. §. IV.) urbe eductum fuisse, sed in ueteri quodam Msc. Magdeburgensi legitur, eum in templo S. Iohannis una cum uxore, a militibus exutum, spoliatum et indigne tractatum fuisse, (er sey mit seiner Frau biß auff's Hemd / ausgezogen / geprügelt und ins Lager geführet worden.) Praeterea laudatus supra Bergnerus, ex ore nepotis Euenii acceptum refert, Cramerum misere uestitum, Euenio, paulo post expugnatam urbem, in foro Lubecensi obuiam factum, dextram porrexille, et in gratiam cum eo rediisse. Cramerus sey ihm auff dem Marckt zu Lübeck in einem rothen Futterhemd / und sonst armseliger Gestalt / entgegen gekommen / hätte ihm die Hand gebothen / und sich also mit sehr beweglichen Worten verglichen.

(g) Quod error Crameri, communi ecclesiae Magdeb. sententia, constanter, multis etiam post annis, damnatus fuerit, praeter ceteros Hieron. Siuertus, medio sup. seculo, ad aedem Spiritus S. pastor Magdeb. testatum reliquit. Cum enim eius collega, idemque aduersarius, D. Ioh. Böttiger, ad aedem S. Vlrici et Leuini pastor, laudem purioris doctri-

nae ac religionis, ecclesiae Magdeburgensi, inde ab eo tempore, quo Interreligionis formulae subscribere recusavit, integram et illibatam mansisse, hoc imprimis argumento, negasset, quod Cramerus, sacerdos quondam Magdeb. perniciosissimorum errorum accusatus fuerit; Siuertus, hos errores soli Cramero proprios fuisse, atque adeo ecclesiae Magdeb. nequaquam imputari posse, respondet. Verba eius haec sunt: Nachdem in diesem Streit ein Theil dem andern nicht nur verdammliche Irrthümer zugeleget/sondern auch der eine Theil dazu mit recht und durch responsa academica, verurtheilet worden/wie D. Böttiger n. 176. meldet: Die hochlöbliche Theologische Facultäten zu Wittenberg und Helmstädt haben M. Cramerum Des Flaccianismi, Manichaeismi, Atheismi etc. beschuldiget: so will mich D. Böttiger gefraget haben/ob denn damals die Stadt Magdeburg ihren Ruhm wegen des Eyffers in der reinen Religion dadurch verlohren/oder nicht? -- So bestehe ich auff das letzte/und antworte / daß sie solchen Ruhm dadurch nicht verlohren. Ursache ist diese / weiln Cramero, wie D. Böttiger selber bezeuget/von dem Ministerio widersprochen worden/und die meisten seine Meinung verworffen/ihn auch durch eingeholte informate zu bessern Gedancken vermahnet und angewiesen zc. wie D. Böttiger selber redet und bekennet. Desrowegen ist damals der Stadt Magdeb. Ruhm wegen der reinen Religion unverlohren blieben / und hat durch Crameri errores nicht können vernichtet werden / weiln durch geschenehene Widersetzung derselben / denen exteris, und andern auffer der Stadt gnugsam kund gemacht wurde / daß dasjenige / was Cramerus contra orthodoxiam statuirte / nur priuati errores wären / die der ganzen Stadt nicht könten zugeleget werden.

## XVIII.

(h) Quam bene Cramero cum Dan. Hoffmanno, eiusque satellitibus Magdeburgensibus, conuenerit, supra c. I. §. IV. demonstratum est. Speciatim errorem, quo uera Dei cognitio malis denegatur, in Hoffmanno, praeter ceteros, Albertus Grauerus, theologus I. nensis, in libello de unica ueritate p. 38. his uerbis confutauit: *Recte dixit N. N. ueritatem nulla hominum malitia mutari: quia ueritas non pendet a malitia hominis, sed ab obiecto. Et si malitia hominis mutaret ueritatem, quid fieret sacramentis, a malo ecclesiae ministro administratis? imo quid fieret ipsi uerbo Dei, quando a malo ecclesiae ministro docetur? uideat Hoffmannus art. VIII. Aug. Confessionis, Conf. Cotzibuuui Apol. p. 63.* Ceterum opinionem Hoffmanni palmariam de duplici ueritate, ex qua iste Crameri error prognatus est, non tantum consentientibus academijs Germanicarum, nominatim Helmstadiensis, Rostochiensis, Wittebergensis, et Lipsiensis, suffragiis reiectum, sed etiam

ducis Brunsvicensis, Henrici Iulii, auctoritate damnatum, et ab ipso Dan. Hoffmanno, in declaratione, tabulis publicis Academiae Helmst. affixa, revocatum esse, ministerium Magd. in Controu. Cram. p. 211. sqq. ex documentis authenticis copiose demonstrat, et tale hinc argumentum deducit: Welche Lehre aus einer solchen Meynung entsprungen ist / die auf reinen und richtigen Universtitäten ist verworffen / von Lutherischen Landes Fürsten durch ordentliche Mittel verboten / und von dem Anfänger selbst widerrufen worden / das ist eine irrige und verführische Meinung. M. Cramers Lehre ist entsprungen &c. Darumb ist solche Lehre eine irrige und verführische Meynung.

(i) Lutheri testimonia huc spectantia collegerunt Cotzibuius et Euenius, in praef. Enodat. p. 13. sqq. et minist. Magd. in Controu. Cram. p. 246. seqq. Ex multis pauca repetisse hic sufficiet. Sic in Tom. V. Ien. fol. 454. ad uerba Matth. VII. *non omnes, qui dicent Domine, Domine, etc.* post allata Bileami, Iudae, et Caiphae, uera praedicantium, exempla, concludit: Die Person sey wie sie wolle / so ist doch das Ampt recht und gut / und nicht des Menschen / sondern Gottes selbst / als Caiphas weissaget / nicht als Caiphas, ein Mörder und böser Bube / sondern als ein Hoherpriester / also der Pfarrer oder Prediger / tauffet und bringet zum ewigen Leben / nicht als Er Johann Pomer / sondern als ein Pfarrherr. Denn das Ampt zu ehren und zu bestätigen läst Gott solches geschehen. Weil nu Judas im rechten öffentlichen Ampt ist / das Christus geordnet hat / darum ist das Ampt in ihm geehret / nicht die Person. et fol. 455. ministerium uerbi diuini integrum manere docet, wenn ein Pfarrer predigt oder taufft / so ferne er das Evangelium und die Tauffe recht lässt bleiben / er sey sonst fromm / oder böse. und ob er wohl / als ein Unchrister / den Schatz selbst nicht hat / doch empfähet ders / der das Wort annimt und gläubet &c. Idem hoc Tom. VI. fol. 99. b. sqq. copiose probat, imo addit: si contingeret, ipsum diabolum ministerio ecclesiastico fungi, et doctrinam euangelicam uerbo Dei conuenienter praedicare, hoc uim suam retenturum esse.

(k) Ministri eccles. Magd. in Controu. Cram. p. 261, post allata Chemnitii, Hunnii, et aliorum testimonia, ita pergunt: Noch vielfältige andere Zeugniß unzähliger theologorum und reiner Lehrer könten hier angezogen werden / wie nicht weniger dererjenigen / die heutiges Tages noch leben / und auff reinen / richtigen Universtitäten / mit grossen Ruhm

Ruhm und Nutzen die Jugend unterrichten / welche auch alle zusammen den irrigen Schwarm der Donatisten verworffen / sie mögen nun seyn zu Wittenberg / Leipzig / Tübingen / Jena / Grypswalde / Rostock / Helmstädt / Straßburg / Giessen / Altdorff / oder Rindeln. Und stimmen ebener massen mit ihnen und uns überein / derselbigen Academien, und anderer Länder / Städte / Kirchen und Gemeinen / was nur rein und richtig ist.

## VI.

Ingenti fane confidentia, imo arrogantia, Cramerus, cum omnes collegas suos, omnes academias, omnes eius temporis theologos, a se dissentire, uideret, se solum sapere, et totam ecclesiam Euangelicam, imo uniuersum mundum, ad suam sententiam et doctrinam *reformandum* esse, (a) opinabatur. Nam uel ipse hic, tam communis et constans, aliorum dissensus, hominem modestum et secum habitantem erroris sui admonere, aut saltem inducere potuisset, utposito affectu et partium Hoffmannianarum studio, opinionem suam diligentius ad scripturae s. normam ante exigeret, quam aliis obtruderet, atque a se dissentientibus haereleos dicam scriberet, totumque orbem Christianum errare ac coecutire, pronunciaret. Nam *quod tota per orbem terrarum confitetur ecclesia*, ut loquitur Vincentius Lirinensis, non quidem propter huius auctoritatem, coeca fide credi, sed tamen non sine grauissima euidentissimaque ratione, oppugnari, uel negari debet. Hinc merito idem Vincentius communem ecclesiae Christianae sententiam ac disciplinam, particulari Donatistarum pertinaciae, tanquam *uniuersorum sanitatem, paucorum insaniam*, opponit, et anteferendam censet. (b) Hac de causa ipse Apostolus, inter uirtutes boni et irreprehensibilis oeconomi mysteriorum Dei, primo loco commendat, ut non sit *αὐθαδής*, Tit. I, 7. et *νεοφύτης* propterea a tali munere excludit, 1. Tim. III, 6. quia nouis eiusmodi hominibus, et subito ad aliquem dignitatis gradum eue-

ctis, praeter ceteros familiare est τὸ τυφωθῆναι, hoc est, singularis cuiusdam sapientiae opinione inflari, et arrogantia sua, nouandique et reformandi pruritu, se, pariter ac ecclesiam, finistris iudiciis exponere. Quibus apostoli monitis conuenienter statuta ordinis theologici Wittenbergensis, gradum Doctoris capeffentes hoc iurato promittere iubent: *Cum incident controuersiae difficiles et obscurae, non solus nec temere, sed re deliberata cum aliquibus senioribus, qui docent ecclesias, retinentes doctrinam August. Confessionis, secundum normam et regulam uerbi diuini, atque Christianae fidei, pronuntiabo, ita me Deus adiuuet.* Salutare hoc monitum si obseruasset Cramerus, magno ecclesia Magdeb. offendiculo, et multis ipse incommodis supersedisset. Hoc idem si hodieque doctores quidam recentes obseruarent, et non sine collegarum consensu, non sine fratrum seniorum consilio, soli temere pronuntiarent, melius sibi, et aliis consulerent. Sed ita, dices, nouis ueritatibus uia intercluditur, et homines ad praeiudicatas uulgi opiniones retinendas adstringuntur. Resp. Imo uero nouis tantum erroribus ac turbis, ex prauo unius uel alterius hominis superciliosi affectu, ambitione et arrogantia, aut inuidia, odio et aemulatione (ζήλω πικρῷ καὶ ἐριθείᾳ) oriundis, obex ponitur, ne se efferat, ac mentiatur contra ueritatem, Iac. III, 14. Nam si sapientia tua talis sit, qualem Apostolus hic describit, ἀγνή, εἰρηνικὴ, ἐπιεικὴς καὶ εὐπειθής, hoc est, si animo finistris affectibus uacuo, ueritatis aequae ac pacis sincere studioso, modesto ac docili, bona quaedam, salutaria, et sacris literis conformia monueris, sententia tua, noua, priuata et singularis esse non poterit, siquidem sapientia illa ἀνωθεν κατερχομένη, est antiquissima. Ac si uel maxime uera quaedam, multitudini, inueteratis erroribus impeditae, interdum noua ac singularia esse uideantur, tamen firmis euidentibusque rationibus demonstrata, mox communia euadent, et optimos quosque

que



que in sententiam tuam adducent. Sic Christophori Columbi opinio de nouo orbe, ultra columnas Herculis sito, plerisque licet olim ridicula, subito singularis esse desit, postquam ueritatem eius, una atque altera nauigatione detectam, ob oculos posuit. Sic epistolae decretales, primorum seculorum episcopis Romanis suppositae, et opiniones ex iis deductae, quae per aliquot secula, communi quodam errore, toti ecclesiae Latinae imposuerant, omnem fidem et auctoritatem suam prorsus amiserunt, postquam centuriatores Magdeburgenses, et post eos, David Blondellus, aliique uiri eruditi, ipsos fontes, ex quibus Isidorus impostor eas seculo IX. confarcinauit, indicarunt. Sic, ut ad institutum ueniam, euangelium Christi, nouitatis licet, a Iudaeis aequae ac paganis, accusatum, Act. XVII, 18. 19. uirtute sua currebat, et maiora indies incrementa capiebat, Act. V, 14. c. XI, 21. 24. licet nec ui aliis obtrusum, neque lucri uel uoluptatum illecebris commendatum: quia uidelicet sapientiae et spiritui, quo loquebantur Christus et Apostoli, nemo resistere poterat. Marc. I, 22. Act. VII, 10. Atque idem de restituta euangelii luce uere praedicari potest. Neque enim diuus Lutherus nouas et singulares suas opiniones in ecclesiam inuexit, sed antiquam ueritatem restituit, et superstitiones recens introductas gladio spiritus, qui est uerbum Dei, tam efficaciter prostrauit, ut nulla amplius ope, nisi externa ui, ac tyrannide papali, suffulciri possent. Et in hoc ipso, communis desiderii, quo totus fere orbis Christianus, eo tempore, *reformationem, in capite et in membris ecclesiae*, experebat, interpres atque adiutor extitit: tantum abest, ut solus, et sine collegarum consensu, aut sine iustis firmisque rationibus, temeraria animi inductione et pertinacia, aut coeco quodam affectu, antiquae, et omnium seculorum consensu approbatae, doctrinae Christianae sese opposuerit. Vtrum uero Cramerus similibus

argumentis nouam ac singularem suam, imo potius renouatam Schwenckfeldii, opinionem commendarit, et communem ecclesiae nostrae sententiam reiecerit, iam uidebimus.

(a) Vide uerba Crameri supra ad C. I. §. VIII. lit. c. citata.

(b) Vide Vincentii Lirinensis Commonitorium c. V.

## VII.

In tot libris, aduersus Euenium, et collegas suos editis, Cramerus non modo ad illorum argumenta, hactenus allata, nihil respondit, (a) sed etiam ad nouam suam opinionem, qua se a toto mundo dissentire, profitetur, probandam, praeter falsas illas contrariae sententiae interpretationes et inculpationes, iam supra, huius capituli §. III. ex parte remotas, parum attulit, quod recensere operae pretium sit. (b) Instar omnium ipsi est argumentum hoc, ab inuidia ductum, quo theologiam impii, ut carnalem, diabolicam, omni spiritu uacuam, et ne quidem casta nuce dignam, traducit, ipsosque dissentientes, quasi homines irrogenitos, carnales, spiritus expertes, impiorum et hypocritarum patronos, imo socios, imperitae multitudini exosos reddere studet. (c) Sed ne huiusmodi declamationes incautis imponant, uidebimus, qua ratione illas, in formam argumentationis redactas, Magdeburgenses discusserint.

Obiicitur I. Quaecunque theologia hominem relinquit in regno Diaboli, illa ne casta quidem nuce digna est. Atqui uestra theologia habitualis, quae in impios cadit etc. Ergo. (d) Respondetur I. per *ἐν τῷ αἵματι*, a sacramento Eucharistiae petitam. Nam carnem quoque et sanguinem Christi hypocritae, ad maiorem sui condemnationem accipiunt, teste Apostolo, 1. Cor. XI, 28, 29. atque adeo in regno Diaboli relinquuntur: et nemo tamen propterea, tale sacramentum, cum Cramero, ne casta quidem nuce dignum dixerit.

xerit. Ex quo consequitur, 2. distinguendum esse id, quod *per se*, ab eo, quod *per accidens*, siue propter malitiam propriam, hominem in regno diaboli relinquit, eique ad maiorem condemnationem cedit. Scilicet non prius, sed posterius tantum, de sacramento, secundum locum citatum, pariter ac de uerbo Dei, quod impiis fit odor mortis ad mortem, 2. Cor. II, 16. dici potest. (e)

Obiicitur II. Quidquid est in irrogenito, id non est spirituale et diuinum, sed carnale et diabolicum. Atqui uera theologia est spiritualis et diuina, non carnalis et diabolica. Ergo non datur in irrogenito. (f) Respondetur negando propositionem, ut quae ipsum Flacianismum postliminio reducat, et falso hoc fundamento nitatur, quasi in hominem peruerlae uoluntatis nihil cadere possit, Deo, uel gratiae Spiritus S. adscribendum. (g)

Obiicitur III. Sententia, quae impiis ueram theologiam tribuit, securitatem carnalem alit, et theologos hypocritas reddit. (b) Contra, si illa non nisi in bonos et pios cadere dicatur, studium pietatis augebitur, praesertim apud eos, qui studiosi Theologiae audire cupiunt. Resp. I. Sicut non sunt admittenda mala, ita nec fingenda falsa, ut eueniant bona: 2. Securitas carnalis tum demum aleretur, si quis notitiam ueram rerum diuinarum ad gratiam Dei, in remissione peccatorum positam, et ad salutem aeternam sufficere, diceret. (i) At, quo ueriores quisque theologiam, quo maiorem uoluntatis diuinae notitiam consecutus est, tanto maiores huius neglectae ac uiolatae poenas dabit, sec. Luc. XII, 47, 48. Ioh. X, 22. Iac. V, 37. Apoc. II, 5. Cum igitur seruus, sciens uoluntatem Domini sui, et non faciens, duplo uapulet, cum praeterea turpe sit doctori uera docenti, si culpa redarguat ipsum, cum nihil magis dedeceat legis diuinae interpretem, quam si ipsi  
expro-

exprobrari possit illud: Rom. II, 18. sqq. his uerisfimis argumentis, multo efficacius S. literarum cultores, ad studium sinceræ pietatis, cum doctrina sua coniungendum, et ad bonum illud certamen, quo seruatur fides, et bona conscientia, 1. Tim. II, 18. cohortamur. Quod si quem ignominia illa, si quem comminationes illae diuinae, a uita dissoluta non reuocent, illum multo minus ambitio tuendi titulum studiosi Theologiae, in officio continebit. Et huc fere redeunt, quae in scriptis Crameri aliquam obiectionis speciem habent, unde singula seorsim repetere non attinet. Ceterum Euenio, notitiam ueram rerum diuinarum impiis tribuenti, neglectum Christianismi practici perperam a Cramero propterea imputari, praeter crebras testificationes supra citatas, scripta eius, nonnullis etiam contrariae sententiae defensoribus, sed controuersiae huius Magdeburg. non satis gnaris, laudata, demonstrant. (k)

(a) Non immerito Cotzibuius in Apol. p. 38. scribit: Daß die Wissenschaft der Schrift 1. in den Heuchlern dennoch wahrhaftige Schrift, Wissenschaft bleibe/ und auch 2. die Heuchler durch dieselbe recht bauen/ und des ministerii Berrichtung/ und Handlung des Worts/ mit Nutz und Frucht der Zuhörer/ führen und verwalten können/ diese beyde Articuli sind in unser ausgegangenen Erörterung dermassen 1. aus Gottes Wort/ 2. bewährten Kirchen Symboln, und 3. gesunder Lehrer Zeugnißten ausgeführet/ daß Gegentheil darunter sich nicht an ein einziges Fundament, Grund oder Spruch der Schrift wagen und vergreifen dörfen. Derowegen wir ihn für überwunden achten/ und es nochmahl dabey beruhen lassen. Imo ipse Cramerus ad argumenta aduersariorum, quae contemptim scholastica uocat, se more philosophico, siue, ut ipse loquitur, *scholasticaliter*, responsurum negat, idque persona sua indignum ducit. En uerba eius ex praefat. der ferneren Erinnerung: Ich wolte meinen Gegentheil auch wohl also überquer begegnen/ aber siehe/ was wolt draus werden? Wenns nicht nach philosophischer disputier-Kunst sollte gehen/ da würde ich alsbald verhöneckelt/ und für einen Narren gehalten/ Daß ich  
mit

mit Gelehrten wolte handeln / und doch nach ihrer Art mich nicht bequemen = aber ich achte der Haserey nicht / daß ich mich daran solte binden. Was ich hiebevör in der habitualistey für methodos gehalten / wissen viel gelehrte Leute / wie auch mein gewesener Schuldiscipulus Corzibuius. Daß ich mich aber ist in solche circulos solt einschräncken lassen / das thuts ihm nicht. et iterum : soll demnach Gegentheil sich darauff nicht triegen / daß nach ihrer phantasey, ich ihnen allenthalben scholasticaliter werde zu allen bereit sitzen / Damit sie ie länger ie mehr Ausflüchte suchen / und krumme Sprünge auffer der Erbauung / in blossen Wortwerck / machen können. O nein / wir müssen lebens Werck suchen / das läufft etwas anders in die Erbauung etc. Ita scil. homines pertinaciter errantes, et erroris convicti, sed nihilominus imperitiam et arrogantiam suam specie quadam sanctitatis tegentes, argumenta, ad quae respondere non possunt, contemnere, et ad cohortationes suas se recipere solent.

(b) Corzibuius et Euenius, in Enodat. quaest. caput III, de aduersarii argumentis contrariis inscriptum, his uerbis ordiuntur: Was bringet denn nun Gegentheil sonderliches für / wider diese Sonnenklar und gnungsam bewährte Lehre und Wahrheit? Nichts überall / das einiger Antwort würdig wäre / daferne man nur ad statum quaestionis seu controuersiae ihn reuociret / und nicht mit blinden Vermen herum schweiffen läst. Vbi eos nihil falsi dixisse, ipsa inspectio Concionum Crameri, in hoc libro confutatarum, demonstrat. Et ista quidem, sine argumentis disputandi, aut potius declamandi, ratio, in concionibus ad populum habitis, tolerabilior et excusator uideri poterat. Sed et in reliquis scriptis, ac praecipue in ultimo, quod, sub titulo Der widerholten kurhen Erklärung / toti ministerio Magdeb, opposuit, eodem modo, non sine magna sanctitatis ostentatione, et oratione ad Christum Iesum directa, concionari pergit.

(c) Vide uerba Crameri, supra sub lit. h. citata pag. 55. et similia, in omnibus scriptis eius obuia. Huiusmodi uero declamationes contra *theologiam impiorum*, causam ecclesiae nostrae, per se optimam, non nisi *imperitiae multitudini*, hoc est, iis, qui non habent sensus exercitatos ad discretionem boni et mali, odiosam reddere posse, non sine causa diximus. Nam qui saltem *theologiam*, id est, accuratam uoluntatis diuinae notitiam, ab *impietate* discernere didicerunt, fallaciam hanc facile animadwertent, et non huius, sed illius duntaxat causam hic agi, satis intelligent.

K

(d) Prae-

(d) Praeter loca supra C. I. §. V. allegata, uide Crameri gründl. Bericht p. 14. 276. 292. etc.

(e) Responſionem hanc copioſius explicatam uide in Cotzibuuii Apologia ſect. IV. p. 46.

(f) Obiectio haec, ad nauſeam uſque repetita, ipſum fontem et *πρωτον ψευδος* aberrationis Cramerianae aperit. Nam per uitioſum quendam ſoritem ita ratiocinatur: Quaecunq; notitia uerbi diuini eſt in irrogenito, illa eſt extra regenerationem et fidem: quidquid eſt extra regenerationem et fidem, illud non eſt effectus gratiae Spiritus S. ſed nudaerationis, coecae et corruptae: quidquid eſt effectus coecae rationis, illud ſpectat ad regnum diaboli, atque adeo non uerum, ſpirituale et ſalutare, ſed falſum, diabolicum, et regno Dei aduerſum eſt. En ipſa Crameri uerba: In der diſputation, daraus dieſer Streit erwachſen iſt / ſagt Euenius, theologiam eſſe habitum, et quidem talem, qui cadat in non renatum et hominem peruerſae uitae. Das iſt / Euenius ſetzt eine ſolche theologie und Worthandlung / die im und vom nicht widergeböhrnen Menſchen alſo getrieben werde / daß er fertige Wiſſenſchaft und Erkänntniß des Wortes erlange. So muß ja das alles beſtehen / 1. auſſer der Widergebührt und ohne Glauben. 2. in bloſſer / blindder / todter Vernunft. 3. Und demnach im Reiche des Teuffels. Das gehöret ja zur lincken / und nicht zur rechten / auff den breiten / und nicht auff den ſchmalen Weg / und iſt eine rechte Heuchel-Theologia und unrichtige Worthandlung / und ein blinder todter habitus, mit Gottes Gnaden-Ordnung nicht einſtimmende. im gründl. Bericht p. 296. Sed ut cetera huius argumentationis uitia, unicuique obuia, et alias ſaepe notata, hic taceam, praecipua fallacia latet in locutione illa ambigua: *eſſe extra regenerationem, et extra fidem*. Nam uocabulum fidei aut pro *fiducia* iuſtificante, ſaluante, et per caritatem efficaci, aut pro nudo *aſſenſu*, uerbo Dei praebito, aut denique pro ſola *notitia* uoluntatis diuinitus reuelatae, accipitur. Quod ſi fides pro *fiducia* ſumatur, concedi poteſt prima Crameri propoſitio: *quaecunq; Theologia eſt in irrogenito, illa eſt extra fidem*, ſed negatur ſecunda et tertia: *quaecunq; notitia eſt extra ſiue citra fidem iuſtificantem, illa eſt effectus nudaer ac coecae rationis*, (ſiue, ut hodie nonnulli loquuntur, mere naturalis,) imo *falſa et diabolica*. Nam cognitio uoluntatis diuinae per ſe eſt, et ſemper manet, effectus gratiae diuinae, id quod ipſi Pelagiani quondam orthodoxis eccleſiae doctoribus conceſſerunt. Sin fides pro notitia uel aſſenſu accipiatur,

atur,

atur, neganda est propositio prima. Nam notitia ueritatis diuinae, praefertim euangelicae, et assensus ei praebitus, sunt partes fidei, quas non minus Spiritus S., per uerbum suum, in intellectu, quam fiduciam in uoluntate, producit: tantum abest, ut ex lumine naturae, aut ex corrupta ratione oriantur, nedum ad regnum diaboli spectent. Idem plane iudicandum est de phrasi: *esse extra regenerationem*. Nam regeneratio, sensu biblico, nihil aliud est, quam donatio fidei, siue uirium credendi. Has uero credendi uires Spiritus S. non minus intellectui, quam uoluntati, impertit. Quare perperam infertur: hic uel ille homo est irregenitus, id est, peruersae uoluntatis, et extra statum regenerationis, stricte sic dictae, positus, ergo nihil plane in se habet gratiae Spiritus S. adscribendum. Patet hinc, quo sensu nonnulli, ut paralogismum illum clarius ob oculos ponerent, theologum impium dixerint irregenitum *secundum quid*, siue *secundum uoluntatem*, non uero *secundum intellectum*: licet ceteroquin illum demum, qui ad fiduciam saluificam se a Spiritu S. erigi, patitur, sensu pleno regenitum esse, ultro fateantur, atque adeo communem et usitatam huius uocabuli notionem minime mutatam uelint.

(g) Quomodo Cramerus, contendendi studio, in Flacianum illum errorem abreptus fuerit, quo totus homo irregenitus, non tantum ratione peccati sui, sed etiam ratione notitiae ex uerbo Dei haustae, imo ratione naturae, animae, corporis et omnium facultatum naturalium, spectatus, ad regnum diaboli refertur, supra c. I. §. V. et c. II. §. III. ostendimus. Pluribus idem demonstrauit Cotzibuius, in Apolog. Sect. IV. art. 2. p. 51. ubi totam hanc Crameri obiectionem ex instituto confutat.

(h) Cramerus in literis ad Euenium scribit: *Alles Unheil rühret aus dem habitual-Werck und Fertigkeit im blossen Buchstaben/ welches so lang es verthätiget wird/ der rechte Grund ist alles unwesens und Heucheleiy in der Kirche. Conf. Crameri gründl. Bericht p. 60, et uerba iam supra p. 56. inde citata.*

(i) Vide Cotzibuii et Euenii Enodat. p. 73.

(k) In Enodat. cap. III. §. I. prouocat ipse Euenius 1. ad praefationem disputationis a Cramero impugnatae, in qua hunc scopum sibi proposuit, *ut ueritas diuinorum elogiorum acuatur, et ut nostri discant bonis operibus studere, ad usus necessarios, ne sint infrugiferi*. 2. ad disputationem d. 20. Aug. eiusd. anni habitam, in cuius thesi quarta scripserat: *In applicatione, maxima et praecipua uis pietatis consistit, ut agere, quam loqui, et uiuere, quam scire eam potius calleat iuuentus*. 3. ad orationem suam

inauguralem, in qua dixerat: *solidam pietatem caput familiamque in scholis ducere; non superficialem illam, quae in extremitatibus haereat labiorum, sed uiuam illam, ueram et efficacem, penetrabiliorem omni gladio ancipiti etc.* Scripta eius post hanc controuersiam edita supra ad c. I. §. IV. recensuimus, et propterea eum ab ipso Arnolde, eiusque similibus, inter ueri Christianismi instaurandi auctores referri, ostendimus.

## VIII.

Non exigui momenti esse hanc controuersiam, probatur ex eo, quod per Crameri opinionem, ex una parte gloriae Dei et uirtuti uerbi eius detrahatur, ex altera parte fides ac salus hominum periclitetur. Nam qui theologiam, et omnem rerum diuinarum notitiam, in ministro ecclesiae irrogenito ueram et spiritualem esse, negant, sed mere naturalem, fallam, imo diabolicam esse, contendunt, per latus impii ipsum uerbum Dei petunt et blasphemant. Qui Spiritum S. non nisi per bonorum ministerium operari, affirmant, efficaciam uerbi diuini a dignitate ministri suspendunt, et gloriam soli Deo debitam, sibi arrogant, contra 1. Cor. III, 5. 7. 8. et 2. Cor. IV, 7. (a) Hinc non potest non uerbi diuini contemptus existere, orthodoxiae studium euilescere, et indifferentismus religionum, qui proxima ad atheismum uia est, induci. Praeterea fides hominum dubia redditur, si ueritas uerbi praedicati ex sanctitate praedicantis aestimetur, quia hanc, ut iam supra dictum est, (b) certo exploratam habere nemo potest. Denique salus etiam hominum periclitatur, dum per errorem illum media salutis, ac praecipue uerbum Dei, ipsis eripiuntur, et omni uirtute diuina priuantur. Nam si uerbum Dei, animo hominis irrogeniti comprehensum, diuinum et spirituale esse desinit, si non amplius est semen regenerationis, 1. Pet. I, 23. et Iac. I, 18. sed res mere naturalis, et effectus coecae rationis: quoniam, qualeso, medio talis homo iterum ad Deum conuer-

ti



ti et regenerari poterit? Num per notitiam mere naturalem aut diabolicam? At hoc dicere, plus, quam Pelagianum esset. An sine omni medio? Ita uero apertus enthusiasmus et fanaticismus induceretur. Has ob causas errorem hunc, non tantum ministri ecclesiae Magdeb. in Cramero tolerandum esse, negarunt, (c) sed iam ante hos, etiam illustrissimi Saxoniae Principes, in Schwenckfeldio eundem, ut pestilentem ac perniciosum, publica auctoritate damnarunt, atque ex terris suis proscripserunt. (d)

(a) Cotzibuius et Euenius in Enodat. C. II. §. 8. Unser Meynung ist aller theologorum, die da streiten / des ministerii Krafft und Würckung dependire nicht von der Würdigkeit der Person / sondern von der Einsetzung und Ordnung Gottes: es sey nicht aus dem Leben die Lehre zu lästern.

(b) Vide uerba ex Enodat. quaest. supra p. 59. lit. h. citata.

(c) Conf. C. I. §. XVII. sub finem: et uerba ex controuersia Cram, allegata p. 54.

(d) Principes Saxoniae, in censura et confess. de errore Schwenckfeldii, apud Schlüsselburgium in Catalogo haeticor. L. X. p. 77. post errorem illum Schwenckfeldii, uerbis iam supra p. 63. citatis, notatum, ita pergunt: *hunc errorem Schwenckfeldius mutuatus est a Donatistis, qui non minus, ac praecedentes, pestilens ac perniciosus est. Vult enim Satan ecclesiae persuadere, operationem Spiritus S. pendere ex qualitate aut dignitate ministrorum. Quam cum nemo mortalium, sed solus Deus καὶ ἐπινοίας perspicere possit, sequetur inde infinita dubitatio, an ecclesia tales habeat ministros, per quos Spiritus S. sit efficax, an non. Ideo munienda est ecclesia firmis testimoniis, quod Spiritus S. etiam per indignos ministros operetur. Et post allata haec testimonia, et solida argumenta errori huic Schwenckfeldiano opposita, ita concludunt: cum itaque ex his omnibus liquido et irrefragabiliter pateat, Schwenckfeldium impie negare, scripturam Prophetica[m] et Apostolicam esse uerbum Dei, et ministerio ecclesiae falso derogare operationem Spiritus S. quo mundum FANATICIS Epicureisque impleat, et contemptum ministerii confirmet et augeat: ideo merito ex Ecclesia Dei exploditur, tanquam uenenata zizania ex agro Domini, et contra eius blasphemias,*

*mias, recte extollitur ministerium uerbi et sacramentorum, tanquam unica officina Spiritus S. et ineffabilis thesaurus, reliqua.*

## IX.

Quae cum ita sint, a uiris religionis nostrae gnaris et amantibus, reprehensionem illam nobis pertimescendam esse, non putamus, quasi per renouatam Magdeburgensis controuersiae memoriam, lites pridem sopitas atque sepultas, alieno tempore imprudenter refodiamus. Nam haereses quidem, uerbo Dei aduersas, perniciosas, communi Christianorum consensu pridem damnatas, et speciatim in libris ecclesiae nostrae symbolicis diserte proscriptas, refodere, hoc est, denuo defendendas suscipere, euangelicum theologum non decet: sed ueritatem diuinam de illis triumphantem, et in libris illis symbolicis assertam, publice celebrare, illustrare, et rationibus suis munitam, quam clarissime fieri poterit, omnium oculis subiicere, ut nunquam intempestiuum, ita tunc maxime necessarium est, quando errores semel iterumque eiecti denuo irrepunt, et nouis coloribus picti, in lucem redeunt. Tali, inquam, tempore, quam maxime, fideles ecclesiae ministros decet, pro ueritate testimonium dicere, et oppositos ei errores tamdiu refutare, inclamare, et increpare, quam supersunt, qui uis patrocinari audent. (a) Qui secus sentiunt, et in gratiam aduersariorum, ne uidelicet lites in ecclesia augeantur, elenchum intermittendum, et utrique parti simul silentium imponendum, atque adeo causam ueritatis diuinae destituendam censent, ulcera ecclesiae non curant, aut tollunt, sed fouendo alunt et augent, quae quo latius interea serpunt, eo minus deinde manum medicam admittunt: id quod iam pridem, in hac ipsa controuersia, ecclesiae Magdeb. ministri recte monuerunt. (b)

(a) Errores huiusmodi, qualis est Cramerianus iste, hactenus excus-  
sus,

fus, in ecclesia euangelica non tolerandos, sed quoties publice proponuntur, publice etiam refutandos esse, idque ad asserendam Dei gloriam, tuendam ecclesiae salutem, et ad partes muneris sacri rite explendas, pertinere, ministri ecclesiae Magd. in Controuersiae Cram. recensione C. II. data opera, et sedecim rationibus inuictis, lectuque dignissimis, probant, ex quibus tamen, breuitatis studio, non nisi unicam, quam a posteritatis informatione ducunt, hoc loco repetemus. XI. So müssen wir diß Werck nicht verschweigen / um der Nachkommen willen / auff daß die mögen Nachrichtung haben / wie es vor ihrer Zeit ergangen / was für Unglück sich habe sehen lassen / und wie demselbigen sey widerstanden worden. Zu dem Ende spricht der Apostel Paulus / seyn auch die Abgöttereyen und Versuchungen im alten Testament auffgeschrieben worden / auff daß die Nachkommen dadurch möchten gewarnet werden. 1. Cor. X, 11. Hätten die alten Kirchen-Lehrer und Prediger nicht so fleißig die Kezereyen und Irrthümer beschrieben / es hätte noch manchmal viel schwerer sollen ankommen / dergleichen fürgenommenen Handel zeitlich zu begegnen. Derhalben wollen wir dieses Orts auch des Propheten Esaiä Befehl / vom Gott ihm gegeben / betrachten: So gehe nun hin und schreib es ihnen für / auff eine Taffel / und zeichne es in ein Buch / daß es bleibe für und für ewiglich. Esa. XXX, 8. Atque haec ipsa causa est, quamobrem istud ueritatis testimonium, ad posteritatis informationem literis mandatum, sed uetustate propemodum obliteratum, renouare studemus.

(b) Vid. Controu. Cram. Cap. II. p. 30. et caput III. p. 44. sqq. dignum sane quod integrum non modo legatur, sed etiam diligenter obseruetur. Si cui uero liber ipse non sit ad manus, relegat saltem ea, quae supra p. 22. ex eo citauimus.

### X.

Vtinam uero non hodieque superessent Crameriani erroris defensores, imo utinam saltem ad communem illum omnium, qui in academiis euangelicis theologiam docent, consensum, quem supra §. V. a Magdeburgensibus olim Cramero oppositum uidimus, adhuc prouocare liceret: Sed qua uia error ille postliminio in ecclesiam reductus fuerit, iam supra indicauius. (a) Et tanto quidem  
maiora

maiora nostro, quam superiori seculo, incrementa cepit, quanto maior patronorum eius quorundam opinio et auctoritas fuit. Primus uidelicet, inter Aug. Confessionis socios, post And. Cramerum, D. Phil. Iac. Spenerus, cuius ueris laudibus alioquin nihil detractum uolumus, opinionem hanc, de theologia, et uera rerum diuinarum notitia, non nisi in regenitos siue pios cadente, data opera contra dissentientes defendendam suscepit. (b) Huius uero lectatores, quos ille amicos suos uocare consuevit, (c) eam non modo in suggestus, sed etiam in cathedras quasdam, intulerunt, aliisque instillare, imo obtrudere studuerunt, (d) contrariam, eamque communem, ut supra ostensum est, ecclesiae nostrae doctrinam Pelagianismi, et aliarum haeresium impudentissime accusarunt, (e) ac licet ad rationes, a cordatis theologis sibi oppositas, non plus, quam olim Cramerus ad Magdeburgensium argumenta, respondere potuerint, tamen ad hunc usque diem, errorem toties profligatum, in scholis pariter ac scriptis suis, partim colorare, partim palam tueri et propagare pergunt.

(a) Vide cap. I. §. ultim.

(b) Primus in hoc argumento D. Speneri, et amicorum eius, secessionem a communi ecclesiae euangelicae doctrina publice notauit, atque ob oculos posuit, Georgius Conr. Dilfeldius, Northusanae Ecclesiae minister, in Theosophia Horbio-Speneriana, oder sonderbahrer Gottesgelahrtheit Hn. Henr. Horbs, und seines Schwagers/ Hn. Phil. Iacob Speners A. 1679. edita, cui Spenerus A. 1680. libellum, sub tit. allgemeine Gottesgelahrtheit/ opposuit, ubi opinionem suam, data opera, et conquisitis non tantum rationibus, sed etiam theologorum testimoniis, corroborare studuit. Cumque liber hic non statim refutaretur, et auctor eius, non multo post, ad ampliores dignitates ecclesiasticas eueheretur, error impune defensus, et specie quadam zeli, pro amplificando pietatis studio, commendatus, mox latius serpsit, et eo ualuit, ut alii, longius progressi, irregenitos officio ministri ecclesiae rite et efficaciter fungi posse, palam negarent. Hinc non immerito, eum notarunt theologi Wittenbergenses, in Der Christ. Lutherschen Vor-

Vorstellung/ et a Spenero per distinctionem inter habitum et doctrinam theologiae, alienissimo loco adhibitam, quasi uidelicet haec tantum, non uero ille, in irregenos cadat, male et infeliciter excusatum esse, demonstrat D. Ioh. Deutschmannus, in der Antwort über die Christ-Lutherische Vorstellung p. 21. sqq. a nemine ad hunc usque diem refutatus. Ceterum compendiose Theosophiae illius Spenerianae neruos incidit, et aberrationes ob oculos posuit, D. Ioh. Fechtius in praefat. ad Disquis. de uera rerum sacrarum notitia. Conf. Theof. Orth. p. 165.

(c) Ita, hanc ipsam opinionem suam uindicans, in literis ad Georg. Conr. Dilfeldium, scribit: Und solches ist meine und meiner Freunde Meinung. Vide huius Theosoph. Horbio - Spener. p. 7.

(d) Exemplum uiclentiae illius Pietisticae, qua communem ecclesiae nostrae doctrinam supprimere, et errorem suum Schwenckfeldianum intrudere student, luculentissimum praebet formula ista promissionis, candidatis ministerii, ante aliquot annos, in Pomerania ulteriores, et nescio annon etiam aliis locis, praescribi coepta: Ich unterschriebener gelobe und verspreche hiermit / und in Krafft dieses / daß ich D. Fechtens principia de illuminatione impiorum, et fide sine operibus, (tam inuidiosis nominibus uerissimam Ecclesiae nostrae doctrinam de fide sine operibus iustificante, et de uerbo Dei, in impio etiam ministro, ueritatem et uim suam diuinam non amittente, designant) der mir anzuvertrauenden Gemeinde nicht vortragen / sondern das Gegentheil lehren / in solchen puncten des seel. D. Speners und anderer gottesfürchtigen Lehrer Meinung annehmen / und der Gemeinde bekandt machen will / weil selbige / als Göttlicher Wahrheit gemäß / erbaulicher und mehr zum thätigen Christenthum abziehen; auch verpflichte mich / iederzeit ein erbares / nüchternes und exemplarisches Leben zu führen. Widrigenfalls / und da in einigen von obigen puncten einer contrauenientz überführet werden könnte / ich nicht allein mich harter Beahndung / sondern gar der suspension und remotion unterworffen und schuldig halten will. Stargard / den 15. Junii 1714. Christian Birckholz. Vide der Theol. Facultät zu Rostock Beantwortung der Frage: Ob die Pietisterei eine Gabel sey? cap. IX. p. 79.

(e) Leg. D. V. E. Loescheri Diss. contra criminationem Neo-Pelagianismi Witt. 1709, habita, et D. Fechtii Pelagianismus, doctrinae de uera irrogenitorum circa res sacras notitia, calumniose obiectus, et ab eadem, per orthodoxam de gratiae illuminantis ordine et gradibus doctrinam, ad conscientiarum usque conuictionem, depulsus. Rost. e. a. Conf. Praesidis

L

Theo-

Theoph. Orthod. p. 199. sqq. et Specimen errorum Langianorum, err. IV. p. 47. sqq. Simili calumnia iam olim a Schradero, Crameri socio, Pelagianismum Wittebergensibus Theologis obiectum fuisse, supra p. 12. uidi-  
mus. add. Confilia Theol. Witteb. P. I. p. 874.

### XI.

Poterat quidem controuersia haec transacta, dissensus, saltem publicus, sublatus, et concordia ecclesiae nostrae, in hac parte, restituta uideri, postquam Breithauptius a Fechtio, Zieroldus a Büchero, alique erroris Crameriano-Speneriani hyperaspistae ab aliis, usque ad conscientiae conuictionem, refutati, conticuerunt. Sed unus fere loach. Langius, D. Speneri quondam domesticus et paedagogus, nunc doctor et professor theologiae Halensis, qui iam pridem causae huius, ab aliis derelictae, patrocinium, contra complures theologos, doctrinae euangelicae testes ac uindices, suscepit, consensionem hanc, scriptionibus suis in lucem emis-  
sis, ad hunc usque annum, turbare perrexit. Hae enim, cum iactato totius ordinis theol. Halensis consensu, editae, nondum omnes, qui in hoc capite communem ecclesiae nostrae et librorum eius symbolicorum doctrinam deseruerunt, cum illa in gratiam rediisse, satis demonstrant. Et quia in hunc locum incidimus, intermittere non possumus, quin paucis, quousque haec controuersia hodie perducta sit, quid hucdum in ea nobis aduersarii concesserint, quid concedendum et emendandum illis restet, paucis ante oculos ponamus. Bene habet, quod ultimum illum, quem dixi, aduersae partis patronum, errorum quorundam crassiorum et aperte fanaticorum, publice pridem sibi obiectorum, (a) et uel ipso decem annorum silentio agnitorum, quibus palladium illud pietisticum, de notitia uera et spirituali rerum diuinarum in nullum irrogenitum cadente, superstruxerat, pudere coeperit: quod speciatim I. sensum scripturae s. literalem, hermeneutice acceptum, qui nihil aliud est, quam conceptus diuinus de rebus ad salutem nostram

stram

stram pertinentibus, in scriptura, et per scripturam, nobiscum communicatus, non nisi unicum esse, agnoscat, eundemque *simul* spiritualem et supernaturalem. (b) II. quod uerbum Dei, siue sensum illum diuinum literis mandatum, lectum, praedicatum, et consideratum, siue animo et intelligentia hominis comprehensum (quid uero aliud est uerbum Dei animo consideratum, quam notitia rerum diuinarum? aut num citra notitiam uerbi diuini, datur consideratio salutaris uerbi, siue sensus, diuini?) efficax et ordinarium medium conuersionis et salutis esse, concedat, (c) quod III. Spiritum S. per illud in corda *omnium* hominum id considerantium (adeoque etiam nondum plene conuersorum et regenitorum) operari, fateatur. (d) Bene, inquam, habet, quod IV. huius gratiae Spiritus Sancti, in uerbo, et per uerbum, lectum, auditum, et consideratum, in cor hominis conuertendi efficaciter operantis, certum quendam ordinem certosque gradus agnoscat, quorum priores saepe admittantur, fructumque ferant, siue effectum aliquem habeant, in hominibus NB. nondum conuersis et regenitis. (e) Haec, inquam, dogmata, a dissentientibus, speciatim ab ipso D. Langio olim negata, impugnata, et Pelagianismi aliarumque haeresium accusata, nunc uero concessa, tanquam luculentum elenchi antipietistici fructum, utraque manu amplectimur, Deoque gratias agimus, quod uerbi sui, ac ueritatis, ingenuae et constanter defensae, efficaciam, in ipsis aduersariis, tam memorabili exemplo comprobarit. Ac tametsi Antibarbarus non modo ad emendationem, sed etiam *ad agnitionem publicam* errorum suorum publicorum, si eorum conuictus fuerit, sanctissima promissione, Deique et conscientiae suae attestazione, se obstrinxit: (f) huius tamen intermissionem, si modo illa constans, seria, ac sincera fuerit, libenter ipsi condonabimus.

(a) Vide Specimen errorum Langianorum, oder deutliche Vorstellung einiger Theologischer Irrthümer / deren Herr Ioach. Lange Prof.

L 2

publ.

publ. Hal. völlig und also überführet ist/ daß er Gewissens halber dieselbe öffentlich zu reuociren schuldig ic. Witteb. 1713. 8. Ex his autem erroribus Langianis praecipue huc spectant, qui cap. II. num. I, II, III, IV, VII et VIII. recensentur.

(b) Vid. D. Ioachi. Langii Repetitam et solidam demonstrationem, p. 5. et 6. et eiusd. *Völlige Abfertigung des vollständigen Timothei Verini, in der Lehre von der Erleuchtung und zugehörigen materien / Commentationi de uita et epistolis Pauli Halae a. 1719. ed. subiuncta, p. 4, 5. ubi quidem de obiecta contradictione, qua eius repetita Demonstratio cum Antibarbaro pugnat, se purgaturus, prouocat ad Antibarbari pag. 6. in qua sensum scripturae literalem SIMVL supernaturalem et spiritualem esse, scripserit. Sed in memoriam ipsi reuocamus, quod in Antibarbari p. 6. loquatur de posteriori membro distinctionis suae, qua p. 4. non modo uim et notitiam, sed ipsum etiam sensum scripturae S. literalem, in nude talem, seu mere naturalem, et in supernaturalem ac spiritualem, cum antiquis et nouis, non sane, ut p. 4. der Abfertigung scribit, theologis (nam horum ne unum quidem nominare potest) sed fanaticis, ac nominatim cum Schwenckfeldio, Weigelio, Amefio etc. quorum uerba, Langianis gemina, in Theosoph. p. 13. sqq. citata sunt, *distinxerat*. At non de posteriori hoc, sed de priori membro distinctionis istius, controuersia erat, utrum scilicet, praeter hunc sensum Scripturae S. *γραμματοπνευματικόν*, qui simul literalis et spiritualis est, utrinque concessum, *detur etiam sensus scripturae literalis, nude talis, mereque naturalis?* Hoc antibarbarus non tantum p. 4. diferte affirmauit, sed etiam p. 7. contrariam sententiam, quam nunc ipse pro uera agnoscit, quasi barbaram, his uerbis in antithesi posuit: *Barbarus: datur sensus et notitia (scripturae s.) spiritualis, sed ita, ut omnis sensus et notitia literalis, etiam in impio, semper SIMVL sit idem hic sensus spiritualis, dummodo scripturae literaliter conueniat, secundum art. 1. (Synopseos Schelwigianae.)* Testimoniis, aduersus fanaticum illum errorem, in Antibarbari Refutatione p. 15 et 24. sqq. citatis, addo hic uerba Henrici Mori, eundem errorem, in refutatione tractat. Theologico-politici Spinoziani p. 581. T. I. oper. philos. hoc modo reprehendentis: *Scripturam, desinere esse sacram, prob insaniam! affirmat, (Spinoza) si nos desinimus esse pii, id profecto aequae stolidae dictum est, ac si quis demonstrationes Euclideanas ueras esse, negaret, si nos eas negligeremus, -- quod tamen non intelligendum est de chartis et atramento, sed de sensu, qui inde reflectitur.* Interea libenter ea, quae in Antibarbari p. 4 et 5. de sensu Scripturae S. ab impiis lectae, nude literalis mereque naturali, *occurrunt, uelo quodam caritatis obtegemus, et**

pro



pro non scriptis reputabimus, modo ingenue ea nobiscum pro falsis agnoscat. Atque ita concidit, et communi utriusque nostrum consensu repudiatur, *error primus* Antibarbari, in Specimine errorum Langian. notatus.

(c) D. Langius, in der völligen Abfertigung p. 3. § III. Es ist keinesweges die Frage: Ob nicht das in die H. Schrift verfassete / gelesene / vorgetragene oder betrachtete göttliche Wort ein kräftiges und ordentliches Gnaden-Mittel sey zur Beruffung / Bekehrung und Heiligung / und also folglich zur Seligmachung eines Menschen / denn dieses im allergeringsten zu leugnen / oder zu schmälern / ist uns nie im Sinn gekommen. Atque ita concidit *error quartus* Antibarbari, in Specimine modo dicto notatus, quo reuelationem diuinam de modo s. uia salutis obtinendae, externamque doctrinam, quae gratiae, proprie sic dictae, concio, et annunciatio est, pro gratia agnoscere, Pelagianum esse, affirmarat.

(d) Ibidem p. 4. Ferner ist davon die Rede nicht / ob nicht der H. Geist mit dem Wort und durch das Wort / an aller Menschen Herzen kräftig würcke? Denn wo dieses nicht geschehe / so könnte es kein kräftig Gnaden-Mittel seyn / und so müste dem H. Geist eine unmittelbare Würckung zugeschrieben werden / welche hypothesin wir selbst an den Enthusiasten wiederleget haben. Atque ita concidit *error secundus* Antibarbari, quo gratiam Spiritus S. assistentem negarat.

(e) Ibid. p. 4. §. IV. Noch weniger ist jemahls streitig gemacht worden / daß der H. Geist oder die Gnade Gottes / durch die Wirkung des Göttlichen Worts / in der Erleuchtung und Bekehrung stufenweise zu gehen pflege / und daß sich also bey manchen Menschen bereits einige Frucht der vorlauffenden und anklopfenden Gnade befinde / bey denen doch die eigentliche Haupt-Wirckungen der Bekehrung NB. noch nicht statt gefunden. Atque ita concidit *error* Antibarbari *tertius*, quo *opera gratiae diuinae indiuisa* dixerat, in Antib. p. 36. et ad doctrinam hanc, quasi summam *mataeologiam*, *obstupuerat*: in homine lapsa, qui, per peccata, statu gratiae excidit, remanere aliquam gratiae fructum, per quem ad statum gratiae reduci possit. p. 168. conf. Specimen Err. Langian. p. 43. sq.

(f) Vide praef. Antibarb. p. 16.

## XII.

Sed quo minus illam errorum quorundam emendationem pro sufficienti et sincera agnoscere possimus, hoc maxime impedit, quod palmarium errorem pietisticum, pla-

citis illis, quae nunc ipse pro falsis agnoscit, superstructum, uidel. omnem notitiam theologiam hominis irrogeniti mere naturalem, nudeque literalem, imo nec Logice, nec Metaphysice ueram esse, (a) non modo nondum emendauerit, sed etiam in eodem scripto, quo uera ecclesiae nostrae dogmata, olim a se negata, concessit, denuo defendendum susceperit, uerbis licet ambiguus et obscurioribus propositum. (b) Scilicet ad ueram et spiritualem notitiam, quam hoc loco *illuminationem* uocat, *poenitentiam*, siue conuersionem, et *renouationem* praerequirat, et sine hac, non nisi mere naturalem ac nude literalem notitiam ex uerbo Dei hauriri posse, affirmat. Hoc uero quid aliud est, quam uerbi diuini efficaciam a pietate, siue sanctitate subiecti suspendere, atque adeo *pietismum dependentiae* (c) pertinaciter retinere, et quod una manu datum concessumque est, altera retrahere?

(a) D. Ioach. Langius in *Antibarb.* p. 34: *Nullus impius habet ueram Dei rerumque diuinarum cognitionem: Nullus impius habet ueram theologiam, scilicet in habitu suo, seu: theologia impii non est uera.* Et p. 119: *Impii notitia nec logice, nec metaphysice, omnium minime theologice uera est.* Idem in *Der Mittelstrasse* P. II. p. 87. *Die Gottlosen / oder Unbekehrten / es mögen seyn Lehrer / oder Zuhörer / sind nicht erleuchtet / und haben keine warhafftige / das ist / geistliche / übernatürliche / und lebendige Erkenntniß Gottes und göttlicher Dinge etc.*

(b) Quae antea, locis uerbisque citatis, apertius scripserat, eadem, in *Der völligen Abfertigung* pag. 6 per huiusmodi maeandros et ambages repetit: *Ob die mit dem göttlichen Worte an sich verbundene göttliche Krafft und Gnaden-Wirkung des H. Geistes nicht bey dem / der es liest / höret oder betrachtet / zur Erleuchtung eine gewisse Ordnung erfodere / in welcher sie sich hervor thue / nemlich die Ordnung der Busse und Erneuerung; also / daß / wer solche Ordnung nicht eingehet / solcher göttlichen Krafft und Wirkung / zum geistlichen Sinn / und geistlicher übernatürlichen Beurtheilung göttlicher Dinge / auch nicht theilhaftig werde / sondern aus solcher seiner eigener Schuld bey dem göttlichen Worte nur bloß an der buchstäblich. u. euidenz, welche es mit einer andern bloß menschlichen Schrift gemein hat / behangen bleibe / und daraus mit eignen Kräfften nur eine bloß*

bloß

bloß buchstäbliche und natürliche Wissenschaft schöpffe / 2c. Et respon-  
det: auf diese Frage sage ich / mit dem seligen Spenero, und allen rechtschaf-  
fenen theologis, Ja und Amen. In hac quaestione, ut alios errores pri-  
dem refutatos, et ex parte, ab ipso auctore abnegatos, sed resorptos, et  
obscurioribus tantum uerbis repetitos, omittam, atque ea tantum,  
quae ad praesens institutum spectant, paucis excutiam, 1. ambiguum et  
metaphoricum est uocabulum *illuminationis*, utpote quo, modo illuminati-  
onem *simplicem*, quae proprie est intellectus, modo *compositam* et *empha-  
ticam*, quae ad uoluntatem quoque se extendit, modo *primam*, modo  
*secundam*, et uberiolem, denotari, constat. Quod si quis, ad illumi-  
nationem emphaticam, quae simul τὸ εἶναι ἐν φωτὶ, καὶ τὸ περιπατεῖν ὡς  
τέκνον φωτός, comprehendit, sec. 1. Ioh. II, 9. et Eph. V, 8. et ad secundam,  
sive ad uberiolem illuminationis gradum, poenitentiam et renouationem re-  
quiri, diceret: nos non haberet dissentientes, modo illuminationem primam  
et proprie sic dictam, non omnibus irrogenitis prorsus denegauerit. uid. Prae-  
sidis Theosoph. orthodoxa p. 170. sqq. Sed cum sub metaphoricis et ambiguis  
huiusmodi uocibus, errores, lucis fugitantes, se occultare soleant: fatius  
est, uti uerbis propriis, et certiolem significationem habentibus, atque  
adeo pro illuminatione substituere *ueram theologiam*, uel *ueram cognitio-  
nem Dei rerumque diuinarum*, ex sacris literis haustam, quae ipse Anti-  
barbarus p. 34, ut synonyma illuminationis, recenset. Et huiusmodi cogni-  
tionem, ratione *originis*, et causae efficientis, sive reuelantis, quae est  
Spiritus S. ratione *obiecti*, quod est sententia, s. sensus Spiritus S. per uerbum  
nobiscum communicatus, et ratione *finis* intenti, atque effectuum spiritu-  
alium ac supernaturalium, cuiusmodi sunt conuersio, regeneratio etc. *spi-  
ritualem* recte dici, nemo negauerit. 2. Ambiguitas etiam latet in phrasi:  
**Die Ordnung der Buße und Erneuerung** erfordern. Nam si hoc de  
*sine* et effectum intelligeretur, h. e. si quaereretur: utrum uerbum Dei, ani-  
mo hominis perceptum, poenitentiam et renouationem requirat, sive in-  
tendat et urgeat, eamque non simul et semel, sed certo ordine, et per gradus,  
efficiat? nemo facile, hanc quaestionem affirmandam esse, dubitaret. Sed  
sub uerbis, orthodoxam hanc sententiam mentientibus, tota series oratio-  
nis, et scopus totius scripti, ad pristinae opinionis defensionem compositi, hunc  
errorem occultari, demonstrat: quod ad ueram illam et spiritualem, quam  
diximus, rerum diuinarum, sive uoluntatis diuinae, cognitionem, poeni-  
tentia et renouatio *praerequirantur*, tanquam necessaria *conditio*, sine qua  
notitia illa sit, et maneat, *mere naturalis, et nude literalis*. 3. auctor si-  
mul

mul in πρώτον ψεύδος suum, de duplici sensu scripturae s., tanta contentione negatum, relabatur, dum talem notitiam nihil aliud pro obiecto habere, putat, quam die bloß buchstäbliche euidenz, welche das göttliche Wort mit einer andern/ bloß menschlichen Schrift / gemein hat. Scilicet quod in Antib. p. 4. dixerat *sensum* nude literalem mereque naturalem, id hic, uocabulo tantum callide mutato, uocat *euidentiam* nude literalem et p. 15. mere naturalem. Praeterea sensum literalem *Grammaticè* talem, h. e. singularum uocum et phrasium significationem, quam hae, extra contextum spectatae, apud profanos aequè ac sacros scriptores habent, manifesto confundit cum sensu literali *hermeneuticè* tali, h. e. cum sententiis siue dogmatibus diuinis, per uoces et phrasès, in tota serie, s. in contextu, orationis Θεοπνεύστου, inter se iunctas, expressis. Non hic, sed ille, nude literalis, mereque naturalis dici potest. Non hunc, sed illum duntaxat, Verbum Dei cum aliis scriptis, nude humanis, communem habet. At sensum hunc scripturae s. literalem *hermeneuticè* acceptum, quem ipse D. Langius non nisi unicum, et quidem γραμματοπνευματικόν esse, tandem concessit, siue libro, siue animo et intelligentia hominis comprehendatur, cum homo desinit esse pius, desinere esse diuinum et spirituale, aut fieri nude literalem, mereque naturalem, error Cramerianus, Schwenckfeldianus imo, ut paulo ante uidimus, Spinozianus est, et Ecclesiae nostrae inuisus. Conf. quae Magdeburgenses contra eum dixerunt, supra, p. 53. et 54.

(c) Eos, qui nullam uerbi diuini notitiam ueram et spirituale, nisi in homine pio, agnoscunt, *pietismum dependentiae* inducere, data opera demonstrauit Magnificus D. V. E. Loescherus, in Timothei Verini P. II. c. I. §. 15. 16. Et culpam hanc D. Ioach. Langius, in nouissimo scripto (Zeugniß der Wahrheit und Unschuld / ) Halae 1722. edito, quo librum illum, hinc inde, carpsit potius, quam refutauit, minime diluit: neque diluet unquam, nisi errori illi Schwenckfeldiano sincere ac sine tergiversatione, nuncium remittendo.

## XIII.

Quam parum enim haec sententia cum antea concessis conciliari possit, nemo non intelliget, qui hoc saltem secum reputare uoluerit, quod uerbum Dei, in cor hominis conuertendi, operari, atque adeo *medium conuersionis*, siue, ut Scriptura S. loquitur, *semen regenerationis*, esse nullo modo possit, nisi prius animo et intellectu hominis conuertendi perceptum, siue, ut ipsum dissentientem loqui, uidimus, lectum, auditum,

et

et *consideratum* fuerit. Quid quod ipsa illa notitia rerum diuinarum, de qua hoc loco disputatur, nihil aliud est, quam uerbum Dei ab homine intellectum. Quod si igitur I. Scriptura S. non nisi unicum habet sensum, eundemque *simul* literalem et spirituales, necesse est, irregenitum, qui habet sensum scripturae s. literalem, simul etiam habere spirituales. (a) II. Quidquid est *medium conuersionis* et salutis, id non est mere naturale, sed potius supernaturale et spirituale. atqui notitia uerbi diuini in irregenito, aut, si ita malis, uerbum Dei (qua sensum suum *γραμματοπνευματικόν*) ab homine conuertendo *consideratum*, est *medium conuersionis* et salutis. (b) Ergo. Porro III. quicquid est *medium conuersionis*, ad id conuersio et renouatio praerequiri non potest. Alias enim effectus prior esset sua causa. Atqui notitia rerum diuinarum supernaturalis et spiritualis etc. (b) Ergo. IV. Per quodcunque Spiritus S. cor hominis conuertendi tangit, id et spirituale est, et in irregenitum, siue nondum conuersum, cadit. Atqui per uerbum Dei lectum, auditum et animo *consideratum*, siue, quod eodem redit, per notitiam rerum diuinarum etc. (c) Ergo notitia rerum diuinarum et spiritualis est, et in irregenitum cadit. V. Qui denique gratiae diuinae, per uerbum in homine operantis, *certos gradus* concedit, quorum priores effectum aliquem obtinere possint, plena licet conuersione et regeneratione nondum obtenta, (d) ille non potest amplius obstupescere, ad doctrinam hanc, quod aliquid gratiae Spiritus S. adscribendum, atque adeo etiam notitia quaedam spiritualis, et non mere naturalis, in homine, qui statu gratiae excidit, remanere possit. Q. E. D.

(a) per concessionem Lang. I. §. XI. recensitam. (b) per concessionem II. et III. (c) per concessionem III. (d) per concessionem IV.

## XIV.

Dum his scribendis occupamur, praeter omnem expectationem, nobis offeruntur duo exempla commentationum MSS. ad theologiam aphoristicam Neumannianam, ex ore celebris cuiusdam doctoris academici exceptarum,

M

in

in quibus omnes aphorismi antipietistici, in praecognitis de theologia in genere occurrentes, data opera impugnantur, errores uero, quibus oppositi sunt, conquisitis operose rationibus, defenduntur et exculantur, ne eo quidem excepto, quo theologia impiorum nihil aliud, quam philosophia de rebus sacris, esse perhibetur. Quoniam uero aphorismi illi eundem errorem confutant, quem superiori seculo a Theologis Magdeburgensibus, et quidem iisdem fere rationibus ac testimoniis scripturae l. (a) cum totius ecclesiae euangelicae consensu, reiectum, in Aug. Confessione et Formula Concordiae damnatum, et speciatim ab Illustrissimis Saxoniae Principibus, Ernestinae propaginis, tanquam fanaticum et Schwenckfeldianum, publice proscriptum esse, uidimus: (b) credere uix fas est, eum a theologo Euangelico, qui praesertim in publicis scriptis eum nondum professus est, auditoribus, in spem patriae et ecclesiae adolescentibus, instillari. Sicut igitur sincere optamus, ut hanc sententiam suam non esse, publice demonstret, ita nihil libentius, quam huiusmodi excusationem, admitteremus. Interea rationes, quibus error ille Cramerianus, in commentationibus modo dictis, quemcunque demum auctorem habeant, contra aphorismum V. Neumannianum, qui primus est inter antipietisticos, et ab auctore illo impugnatos, defenditur, paucis excutiemus, et simul, quam infeliciter theologiae Aphoristicae refutatio tentata fuerit, hoc quasi specimine ostendemus.

Obiicitur I. *Quicumque Spiritum S. in se habitantem non habent, imo illi resistunt, in illos habitus theologiae supernaturalis non cadit.* Atqui (omnes) irrogeniti etc. Ergo. (c) Respondetur 1. Gratia Spiritus S. inhabitans, quae hominis iustificationem sequitur, distinguenda est ab assistente, quae iustificationem antecedit, et per uerbum Dei, animo et intelligentia comprehensum, cor hominis irrogeniti pullat ac sollicitat. Apoc. III, 20. Cant. V, 2. A negatione gratiae inhabitantis, ad negationem omnis gratiae, etiam docentis, et assistentis, non ualet consequentia. 2. Cum diuersi dentur gradus

gradus

gradus siue actus gratiae, pro quorum diuersitate, illa modo praeueniens, modo praeparans, modo perficiens, modo cooperans uocari solet: possunt irrogeniti quidam priores aliquot gradus admittere, licet posterioribus adhuc resistent. (d) 3. In assumptione huius pariter, ac subsequenti syllogismorum, captiose omissum est signum quantitatis: quod necessario uniuersale esse debet, ut conclusio contradicat thesi: *Quidam irrogeniti* possunt habere ueram et spiritualem notitiam rerum diuinarum: id quod semel monuisse sufficiat.

Obiicitur II. ex Ioh. XIV, 17. *Mundus spiritum ueritatis non potest accipere; Ergo nullus irrogenitus est uerus theologus.* (e) Respondetur 1. pro concessio sumimus, theologum uerum in hac disputatione dici eum, qui uera et S. literis conformia docet. 2. Dantur non modo cupiditates mundi, I. Ioh. II, 16. sed etiam errores mundi I. Cor. I, 20. quibus πνεῦμα τῆς ἀληθείας hoc loco opponitur. Qui utroque sensu sunt filii huius mundi, qui toti et simpliciter sunt carnales et ψυχικοί, I. Cor. II, 14. non tantum ratione uoluntatis, sed etiam ratione intellectus, Eph. IV, 18. sicut philosophi illi pagani, quorum sapientiae, sapientia diuina, a spiritu ueritatis orta, opponitur. I. Cor. I, 20. Rom. I, 22. sqq. illi omnino, quamdiu tales manent, siue, ut Christus I. c. loquitur, spiritum ueritatis non norunt et curant, eum nec accipere possunt. At tales esse omnes irrogenitos, speciatim eos, qui totam analogiam fidei, secundum scripturas sacras, recte ac sine errore didicerunt, negatur.

Obiectionem III. ex I. Cor. II. 14. iam in responsione ad obiectionem praecedentem una opera diluimus. Qui amplio rem huius oraculi, perperam a nonnullis, et ab ipso harum obiectionum auctore explicati, uindicationem desiderat, adeat D. Fechtii Philocaliam sacram, p. 14. sqq.

Obi. IV. ex I. Ioh. III, 8. *Quicumque Deum non nouit, ille non potest esse uerus theologus. Atqui (nullus) irrogenitus etc.* Ergo (f) Resp. distinguenda est cognitio Dei simplex et proprie sic dicta, ab affectiua et emphatice sic

dicta. Posteriores non cadere in impios, ipse B. Neumannus in Aph. X. ex instituto probavit. sed ab huius negatione, ad negationem prioris non valet consequentia. (g) Hac uero distinctione neglecta, omnem ueram Dei cognitionem theologo in peccata prolapsa denegare, summe scandalosum et Schwenckfeldianum esset.

Obi. V. ex Tit. I, 1. 2. Quicumque non habet cognitionem ueritatis, secundum pietatem, in spe uitae aeternae, ille non est theologus. atqui (nullus) irrogenitus etc. Ergo. (b) Resp. Propositio nititur aperta deprauatione oraculi luculentissimi, et optimam omnino, si recte explicetur, theologiae definitionem complectentis. Verba autem Graeca hunc habent sensum: *Paulus seruus Dei, Apostolus Iesu Christi, ad fidem electorum Dei, et (ad) cognitionem ueritatis, ducentis ad pietatem, in spem uitae aeternae.* Nam praepositio *κατὰ* hoc loco (aeque ac 2. Tim. I, 1. et 1. Tim. VI, 3.) significat *id, quo tendit* Apostolatus Pauli, ut recte monet Hugo Grotius, ad 2. Tim. I, 1. siue ut Calouius, hac in re cum Grotio consentiens, ad eundem locum scribit: *Paulus materiam et finem apostolatus sui, (non uero, ut dissentiens existimat, statum et conditionem subiecti, euangelium annunciantis) innuit.* Pluribus idem demonstrauit Sal. Glassius, theologus quondam Ienensis, in Gram. sacra p. 575. Secundum ueram hanc oraculi Paulini explicationem, syllogismus aduersarii Neumanniani ita emendari debet: quicumque non habet cognitionem ueritatis, ducentis ad pietatem, et promittentis uitam aeternam, ille non est Theologus. Sic uero negatur assumptio. Responsione ad obiectiones contra reliquos, eiusdem argumenti, aphorismos uel propterea superledere possumus, quod prioribus nitantur, iisque depulsis, per se concidant. Tanto etiam libentius prolixiori disputatione superledemus, quod hoc, quicquid est, non alienae doctrinae impugnandae, sed nostrae, quam Ecclesiae Euangelicae communem esse, ostendimus, defendendae causa, scripsimus. Quod si autem uiro celeb. ceteras

ras



ras obiectiones suas, contra Aphorismos antipietisticos, ut de sententia eius certius constare possit, iuris publici facere placuerit, ad eas quoque respondere, et fidei nostrae, in Dei, hominumque conspectu, rationem reddere, non uerebimur, et si quid rectius istis monuerit, id docili gratoque animo amplectemur.

(a) B. Neumannus in probatione Aph. V. et VI. imprimis urget loca: Matth. II, 4. 5. sqq. C. XXIII, 1. 2. Luc. XII, 47. Rom. I, 18. et 25. C. II, 20. sqq. C. XI, 29. etc. Atqui eadem haec loca, ad probationem eiusdem thesios, non tantum a theologis Magdeb. sed etiam a Patribus ueteris ecclesiae, a diuo Luthero, et aliis antiquis theologis usurpata fuisse, uel ex iis, quae supra C. II. §. IV. et V. attulimus, perspicuum est. Nihilominus omnes has probationes, aequae ac ipsam thesin probatam, aduersarius Neumannianus, quasi heterodoxas, repudiat.

(b) Vide et lege uerba principum Saxoniorum supra p. 63. et p. 77. citata.

(c) Verba Germanica, quibus hoc argumentum propositum est, ita se habent: Diejenige/ welche den H. Geist in sich nicht wohnend haben / ja demselben widerstreben/ die können auch keinen habitum theologiae in sich haben. Atqui die Unwidergebohrne &c.

(d) Leg. D. Fechtii Aphorismi de ordine modoque gratiae diuinae in conuersione hominis occupatae, et eiusdem Disquisitio de notitia rerum sacrarum Cap. IV. conf. Praesidis Theosophia Orthodoxa p. 99. sqq.

(e) Verba uernacula ita sonant: Diejenige/ so den Geist der Wahrheit nicht empfangen können / sind auch keine wahre theologi. etc.

(f) Verba auctoris Germanica haec sunt: Wer Gott nicht kennt/ kan kein wahrer theologus seyn. Atqui ein irreginitus. Ergo.

(g) Ita pridem hunc locum exposuit Gerhardus, theologus quondam Ienensis, in Harm. Euang. ad Ioh. XIV. C. LXXVI. p. m. 1309, ubi: per *γινώσκειν*, inquit, non intelligitur nuda et simplex notitia, sed affectiua, cum desiderio, approbatione et dilectione coniuncta, sicut 1. Iob. IV, 8. dicitur: qui diligit, et ex Deo natus est, *γινώσκει*, cognoscit Deum: qui non diligit, non nouit Deum. In hac significatione uerbum *γινώσκειν* etiam usurpatur Matth. VII, 23. Iob. X, 14. 27. C. XVII, 25. etc.

(h) Verba praelectionum Germanicarum, in utroque exemplo nobis exhibito, haec sunt: Derjenige/ der die Erkenntniß der Wahrheit secundum pietatem, in der Hoffnung des ewigen Lebens hat / der ist allein ein wahrer theologus. Atqui ein reginitus etc. Ergo Ad-

ditur: man kan auch das argument so machen: Derjenige / der nicht hat ein Erkänntniß der Wahrheit secundum pietatem, etc. Miretur forsā lector, cur Germanice loquens, in utroque syllogismo infarciat uerba Latina: *secundum pietatem*. Certe si uerba Germanica uersionis Lutheri retinisset, ea fallaciam statim prodidissent, utpote quae ἐπίγνωσις ἀληθείας τῆς κατ' εὐσέβειαν, rectissime exprimit per Erkänntniß der Wahrheit zur Gottseligkeit.

## XIV.

Quod si maiorum auctoritas et senum monita non temere spernenda sunt, omnes ecclesiae nostrae sincere addictos rogatos uolumus, ut luculentum hoc ueterum theologorum Magdeburgensium, de doctrina illius publica, qualis superiori seculo fuit, testimonium non obiter inspiciant, sed diligentius cum uerbo Dei collatum expendant, ac iudicent, utrum nostro hoc seculo eadem doctrina nobis retinenda, an cum contrariis And. Crameri, Donatistarum, Schwenckfeldii, Rathmanni, et similibus fanaticorum, placitis, in libris nostris Symbolicis aperte reiectis, et hodie, per pietatis speciem, renouatis, commutanda sit? Illi uero, qui timent, ne per liberam ueteris doctrinae euangelicae defensionem, auctoritas unius uel alterius uiri, per quos Crameri error denuo inuectus est, in discrimen ueniat, etiam atque etiam cogitent, utrum ecclesiae nostrae magis inter sit, horum, an librorum symbolicorum, illis in hac parte aduersorum, auctoritatem, imo ipsius uerbi diuini uenerationem, factam tectam conseruari? Denique eos, qui errorem Cramerianum hodieque dedita opera defendunt, in conspectu Dei atque ecclesiae, obtestamur, ut, si nostrae aetatis doctorum admonitiones audire nolint, saltem uetustioris ecclesiae uocem, et iudicium, in controuersia pietistica, extra omnem studii partium suspicionem positum, non aspernentur: ac si per euidentissimas ueterum pariter ac iuniorum doctrinae Euangelicae testium rationes, attentius consideratas, erroris sui se in conscientia conuictos sentiunt, si fanaticismum et indifferentissimum, ex errore isto oriturum, maiores nostros haud uane praedixisse, aetas nostra experiendo cognouit: nolint aduersus stimulum calcitrare, et suam, uel Speneri auctoritatem, ueritati diuinae, Ecclesiaeque saluti, anteferre. *Scrutare nos Deus, et cognosce corda nostra, et proba nos, et cognosce cogitationes nostras. Cognosce, num uia iniquitatis in nobis sit, et duc nos in uia aeternitatis!*

SOLI DEO GLORIA,

MONV-

MONVMENTA QVAEDAM AD HISTO-  
RIAM CONTROVERSIAE MAGDEBURGENSIS,  
DE THEOLOGIA IRREGENITI,  
SPECTANTIA.

I.

COTZIBVVII ET EVENII

Quaestio Theologis Wittenbergensibus et Helm-  
städiensibus proposita.

**A**ccidit hic Magdeburgi nuperrime, ut in colloquio pio  
defensa sit a nobis haecce thesis: Theologiae naturam  
attingere etiam habitum, siue notitiam habitua-  
lem, tum theoreticam, quae consistit in facultate illa,  
quam Apostolus requirit in Theologo, ut sit potens exhorta-  
ri per doctrinam sanam et contradicentes conuincere Tit. I:  
9, tum practicam, quae consistit in ἐνεργεία fidei et studio bo-  
norum operum. Scrupulus hinc nonnullis fuit motus, ut  
sententiae nostrae dicam scripserint, hoc potissimum funda-  
mento nixi: *habitus praesupponit in subiecto potentiam eum ac-*  
*quirendi. Theologia non praesupponit in homine potentiam acquiren-*  
*di. Ergo.* Minorem negauimus: probationem urfit aduersarius  
ex hoc: quia in theologicis de rebus fidei sumus mortui et ad  
theologica trunci. Distinximus hic inter cognitionem seu  
notitiam scripturae, dictorumque scripturae habitua-  
lem, et opera sanctificationis, regenerationis, fidei a S. S. per uerbum  
producta. Respectu prioris, concessimus in homine potentiam  
esse, notitiam s. habitum de scripturae dictis et illorum expli-  
catione acquirendi, hancque etiam in Pontificiis, Calvinianis  
atque etiam non regeneratis dari posse. Ex hoc aduersarius  
magno contra nos nisu insurrexit: *quodcunque cadit etiam in*  
*homines non regeneratos, imo in diabolum, et est in regno Diaboli, il-*  
*lud*

*lud non dat promotionem ad salutem, nec potest ad ueram theologiam pertinere. Atqui habitus theol. seu cognitio eiusdem habitualis, probandi scilicet conclusionem de rebus theologis per media theologica, disputandi etc. cadit etiam in homines non regeneratos etc. Ergo. Nos ne R. V. D. moremur, quomodo phrasin illam ambiguam esse contenderimus, Esse in Diaboli regno, et quomodo ea limam omnino admittere possit, principaliter respondimus distinctione inter id, quod per se et quod per accidens: Quidquid per se est in Diaboli regno, illud ad salutem non promouere, neque ad naturam theologiae pertinere; Atqui si iam subsumatur: cognitio theologiae habitualis est per se in Diaboli regno. Hanc minorem esse falsissimam et absurdissimam. Ad animum reuocatum hic est, quod ipse S. S. uerbum ad impios pertinere et odorem illis ad mortem fieri doceat, quod tamen uerbo per se imputare nihil queat. Perinde et hic iudicium fieri debere. Contendenti aduersario contra: Omne, quod in Diabolo eiusque regno, illud malum in se esse et coram Deo abominabile, nos hanc ἐν τῷ αὐτῷ obuertimus: Atqui ipsa natura Diaboli et non regeneratorum est in Diabolo eiusque regno, aduersarii sensu, Ergo ipsa in se est mala. Concessit aduersarius et uoluit ex dicto Ioh. VIII, 44. Vos ex patre Diabolo estis, absurdum hoc non esse, probatum dare. Cui nos distinctionem inter id, quod est naturae et quod adiacentis, cuius respectu hoc dictum accipiendum ueniat, opposuimus.*

Aduersarius in sua sententia persistens tandem hunc duplicem nobis concessit syllogismum:

I. Quidquid in se est malum, illud in se est peccatum; atqui homines (nempe Iudaei) ex ipsius mente, in se sunt mali. Ergo in se sunt peccatum.

II. Quidquid est in non regeneratis, illud per se est malum et ab ipso Diabolo; atqui generales operationes Sp. S. sunt

sunt

sunt in non regeneratis. Ergo per se sunt malae et ab ipso Diabolo.

Addidimus: ex eo quod habitui theologico ex accidente competat, non naturam theologiae aestimandam esse: Nec nos in habitu nudo subsistere, sed hunc habitum ad suum finem, ad quem per se destinatus sit, salutem scil. aeternam, dirigere. Quod cum non renati, impii et haeretici non faciant, uerum ueritatem in iniustitia detineant, contra σκοπιμώτατον τὸ τέλος, ad quod Deus notitiam illam patefecit et illi dirigere debuissent, in eo malitiam hominum accusandam, et damnationem eorum eo iustiore fieri: id quod habitui aequae iterum in se praeiudicet ac ipsi uerbo, quod in reprobis odor mortis ad mortem fiat. Hic fuit noster discursus et ille quidem, ob aduersarii impotentiam, satis tumultuarius, cuius singula, uti ab utraque parte prolata, referre bona fide placuit. Quamuis autem existimassemus, nos aduersario satisfacisse, neque in nostra thesi ullum incommodum uel Theol. uel Philosoph. defendisse, ille tamen non acquiescens, partim publice nos suggilauit, partim scriptis negotium nobis faceffere instituit, imputando nobis absurda sequentia, ex hac nostra thesi emergentia. I. Euertere a nobis intentionem Dei de hominum conuersione et salute per uerbum operanda. II. Nos in nuda promittitudine differendi, loquendi et scribendi, totius theologiae summam constituere. III. Verbum diuinum ad captum hominis non renati accommodare. IV. In coecitate et uitae impietate theologiae Studiosos confirmare. V. Meram hypocrisin seu hypocriticam theologiam urgere. VI. Nudam literam externam fouere. VII. Filios Diaboli generare. VIII. In homine non renato nostram operationem finire, cum impossibile plane sit, tractationem uerbi ex mente seu intentione Dei cum theologia habituali stare posse. IX. Peruerse et malitiose tractare uerbum, coeca ratione, extra regenerationem, iuxta arbitrium capacitatis humanae, distrahendo, torquendo, cogendo

N

in

in ambitione, superbia, *Φιλονεμία* et aliis carnalibus uoluptatibus. X. Nihil distare a Scribis et Phariseis Iudaeorum, quibus nota quidem fuerit scripturae litera, et qui nihilominus tamen audierint progenies uiperarum, filii irae et aeternae damnationis, una suis cum discipulis. XI. Contra nos habituales, esse illud Christi: Matth. VII: discedite a me, nunquam uos noui. Et haec omnia ex nullo medio, quam quod theologiam ita definiamus, ut aliquid, quod ad essentiam eius pertineat, et praesertim genus absoluat, in non regeneratos, et, suo modo, in Diabolum cadat. An igitur exinde omnia illa sequantur, et ex eo tales uiri coram ecclesia et cordatis uiris proclamari possimus, quales nos aduersarius depingit, hoc est, quod nobis necessitatem imposuit totam rem ad senatum theologicum deferendi.

Vos igitur, Viros Reuerendos ac Clarissimos, Praeceptores ac Promotores plurimum honorandos, submisit et obnixè rogamus, ut quid in hac nostra, uel aduersarii sententia probandum improbandumue sit, haud grauatim nobis communicare dignemini. Constabunt R. V. D. debita nostra uota, obsequia, et officia semper promptissima et paratissima.

## II.

### Responsum Theologorum Helmstadiensium.

**A**D quaestionem superiorem nobis, dissimulato proponentium nomine, propositam, Nos Decanus, Senior et Professores facultatis theologiae in acad. Iulia, quae est Helmstadii, respondemus, mirari nos magnopere, inueniri homines, qui negent, Theologiam habitum esse, praesertim cum nemini possit esse dubium, quin, qui proposuerunt quaestionem, Theologiam accipiant significatu stricto et proprio, nempe pro eiusmodi scientia, per quam, iuxta praeceptum Apostoli, sermo ueritatis recte secetur, explicetur, potensque sit

is,

is, qui Theologus est, exhortari in doctrina sana, et contradicentes conuincere, atque os illis obturare; quam uidelicet in academiis studiosa iuuentus, praeunte gratia Sp. S. praeceptorum opera, suaque assiduitate, labore et uigiliis acquirit, nec in quibusuis fidelibus, utpote idiotis, foeminis, pueris, licet reperire. Aduersarii argumentis respondendo ita fuit satisfactum, ut acquiescere potuisset, quin imo debuisset, nisi contra ueritatem maluisset pertendere. Dum autem tandem Diaboli et non regeneratorum naturam in se malam esse concessit, in Manichaeismum, quem ex orco, patrum memoria, Flacius reuocauit, prolapsus est. Ad summam uero absurditatem et impietatem nihil reliquum fecit, ex quo admisit, generales operationes Spiritus S. in non regeneratis esse per se malas et ab ipso Diabolo. Hoc enim nemo unquam dixerit, nisi qui cum mente pietatem et religionem eiurauerit. Eorum a. absurdorum, quae antagonistas impingere et ex uera sententia elicere uoluit, nullum omnino ex thesi, quam ipsi defenderunt, sequitur. Haec ut ex fide et uero scripta esse constaret, sigillo nostrae facultatis communiri fecimus. Actum in Acad. Julia c. l. l. c. xxiii. d. 24. Martii.

### III.

#### Responsum Facultatis Theolog. Witteberg.

**V**iri Reuerendi atque praestantissimi, amici dilecti. Quaestio inter uos, et quendam uobiscum aduersarium agitata, haec est: An habitus seu notitia habitualis, tum theoretica, tum practica, ad ipsam Theologiam pertineat? affirmatis, negat aduersarius. Ut nostram mentem de hoc ζήτηματι explicemus, ante omnia certum fieri oportet, quid per Theologiam intelligendum. Potest enim uox illa n. in latiori significatu accipi, pro salutari cognitione Dei, quae in homines, etiam simplicissimos cadit, iuxta quam etiam rustici, pueri, mulie-

mulieres, imo omnes homines, quotquot notitia Dei ad salutem sufficiente atque necessaria sunt imbuti, siue inde fidem saluificam hauriant, siue non, siue pie siue scelerate uiuant, Theologi appellari merentur.

2. In significato strictiore, pro ea pietate, qua quis e notitia Dei reuelata fidem saluificam concipit, conceptam tenet, nec non uitae innocentia ac puritate declarat; et in hoc sensu sunt aequipollentes Theologus et Christianus, quia non solum omnis Theologus erit Christianus, sed etiam omnis Christianus Theologus.

3. In significatione strictissima pro eruditione et facultate, qua profici sumus ad docendum in ecclesia aut Academia uiam ueritatis coelestis, tam quoad fidem, quam opera et ad arguendum contradicentes; atque in ea acceptione differt Theologus a medico, a milite, a mechanico etc. quantumuis et hi sint boni Christiani, ut ipsa theologia non consistat in fide, in uita innocente, sed unice in facultate docendi salutaria et arguendi contradicentes: Porro sequitur, quod non omnis Christianus sit Theologus, nec semper Theologus sit bonus Christianus, cum possit dexterrimus esse ad docendum et arguendum, nihilominus mente profana fidem negligat et impia uita iram Dei atque damnationem sibi accersat: sequitur ulterius, quod homo non renatus possit esse Theologus, siquidem etiam non regeneratus potest pollere facultate gregem Domini docendi et impia docentes arguendi. Liberum hic est cuius terminum Theologiae in quocunque horum significatum usurpare et iuxta illum, quaestionem propositam determinare: Etenim iuxta primum et secundum (quem solum uidetur aduersarius uester respicere:) Theologia non requirit habitum Tit. I. ab Apostolo notatum, estque magis Θεολογία 1. Tim. II, 10. Ioh. IX, 31. quam theologia. Iuxta tertium theologia nihil aliud est quam iste habitus, quod neminem negatum confidimus: Hoc posito, alterum subiungimus: Theologiam



logiam usu recepto in postremo significato accipi, quatenus antithesin quandam constituit ordinum in ecclesia, ut Iureconsultus non sit Theologus, sic neque Medicus, Princeps, militae dux, opifex, rusticus etc. nomine theologi ueniat, quantumuis hi omnes pii sint, fideles, sancti: Atque receptissimam esse hanc acceptionem, cum uulgares usus, tum uetera et recentia autorum probatorum scripta luculenter testantur. Inde concluditur: si theologia in tertio et omnibus recepto significato accipiatur, natura eius attingit habitum seu habitualement notitiam, tum theoreticam, quae consistit in facultate illa, quam Apostolus requirit in theologo, ut sit potens exhortari per doctrinam sanam et contradicentes conuincere Tit. I, 9. tum practicam, quae consistit in *ἐνεργεία* fidei et studio bonorum operum: Atque haec uestra thesis est, in cuius posteriore membro notamus hoc unicum, quod per practicam notitiam intelligatur non ipsa Theologi uita, sed notitia informandi populum de uita pie instituenda et facultate corrigendi illius errores atque naeuos. Subscribimus cum hac explicatione themati uestro, quod abs quoquam in dubium uocari posse miramur, praesertim si retenta fuerit usitata uocis Theologiae significatio.

Ad obiecta aduersarii uobiscum ita respondemus. Initio sic ille: *Habitus praesupponit in subiecto potentiam eum acquirendi; Theologia non praesupponit in homine potentiam acquirendi. Ergo Theologia non est habitus.* Maior propositio per potentiam intelligit aut solam actiuam, aut tam passiuam quam actiuam; si solam actiuam, falsa est, namque acquirens habitum disciplinarum, dum frequente praeceptorum usu informatur, magis patitur quam agit, dumque praeceptor informat, animo discantis sufficit passua potentia recipiendi doctrinam a docente impressam: Si autem indefinite tam passiuam quam actiuam, uera est hoc sensu: habitus praesupponit potentiam siue actiuam, siue passiuam, siue utramque. Dum itaque subsumitur: *Theologia non praesupponit in homine acqui-*

*rendi potentiam, uere dicitur de potentia actiua, per quam homo actione propria sibi possit acquirere habitum theologicum, false de passiuam, sic enim colligitur: In quocunque subiecto est habitus, in eo praesupponitur potentia eum acquirendi; theologicus habitus est in homine. Ergo praesupponit in homine potentiam (passiuam) acquirendi. Quae conclusio habet ἔλεγχον minoris aduersarii. Quaeritur uero, quae sit causa operans et habitum subiecto imprimens? Resp. Spiritus S. per scripturam S. docens et imprimens homini attento notitiam de Deo, quae illi salutaris esse potest, et fundamenta errores contrarios confutandi subministrans: haec imprimit homini habitum, quem diximus theologicum, quamuis ipse thesaurum huius cognitionis sibi salutarem non efficiat, et seruus sciens uoluntatem domini eandem non faciat Luc. XII, 47. et 2. Pet. II, 21.*

Secundus aduersarii syllogismus ita habet: *Quodcunque cadit in homines non regeneratos, imo in Diabolum, et est in Diaboli regno, illud non dat promotionem ad salutem, nec potest ad ueram theologiam pertinere; Habitus theologicus, seu cognitio eiusdem habitualis, probandi scil. conclusionem de rebus theologicis per media theologica, disputandi etc. cadit etiam in homines non regeneratos. Ergo. Phraseos: esse in diaboli regno, ambiguitatem recte notastis. Ut enim diuus Iohannes uere et eleganter distinguit inter το esse in ecclesia et esse de ecclesia, sic non minus commode distinguendum inter id, quod est in non renatis, in Diabolo, in regno satanae, et inter id, quod est de non renatis, de diabolo, de regno Satanae. Quidquid est in non renatis etc. illud non dat promotionem ad salutem, falsissimum est; uerbum Dei et notitia de Dei essentia, personis, uoluntate, Christi merito etc. est in non renatis, est in Diabolis (credunt enim illi, Iac. 2.) est in regno Diaboli seu in coetu, imo corde illorum, qui Diabolo seruiunt, attamen ipsum Dei uerbum, item notitia de Deo et Christo etc. (unde non renatis aggrauatur damnatio Luc. XII, 47. 2. Pet. II, 21. 2. Cor. II, 16.) credenti-*

dentibus dat promotionem ad salutem et ad ueram theologiam pertinet. Imo, est in Diabolo haec notitia quod Iesus Christus Nazarenus sit uerus Messias, Marc. I, 25. Act. XVI, 17. Num ergo haec ipsa doctrina, quod Iesus Christus Nazarenus sit Messias, non dat promotionem ad salutem, nec ad ueram theologiam pertinet? absurdum hoc. Ceterum si propositio intelligatur cum reduplicatione, quod cadit in homines non renatos, quatenus sunt non renati; quod est in satanae regno, quatenus est regnum satanae, id ad theologiam non pertinet: uel quod idem: quod est de non renatis, de Diabolo, de regno eius, siue quod eodem recidit: quod per se est in satanae regno, hoc ad theologiam non pertinet, uera est, sed falsa minor: *habitus theologicus* est de non renatis, de Diabolo aut eius regno, etc. alias (siquidem firmiter concluditur a quatenus ad omne) omnis eo habitu praeditus, esset non renatus, Diabolus, aut in Diaboli regno, quod falsissimum, quia habitus ipse etiam in renatos cadit, in beatas defunctorum animas, in sanctos angelos. Aduersus hoc responsum exceptum fuit: Omne, quod est in Diabolo eiusque regno, id in se esse malum et coram Deo abominabile. Commode respondistis per instantiam ab ipsa Diaboli natura petitam, quae exemplis quoque allegatis euertitur: in Diabolo est fides de Deo et Christo, Iac. II, 19. historica scilicet, item notitia de Iesu uero Messia etc. num propterea fides historica et eiusmodi notitia erit in se mala et coram Deo abominabilis? Et ipse Saluator distinguit inter ea, quae sunt satanae propria et quae aliena: si de proprio loquitur, mendacium loquitur Ioh. VIII, 44. Ergo cum de alieno loquitur, etiam uera loqui potest, ut loc. alleg. Marc. I, 25. Act. XVI, 17. factum fuit. Absurdum uero se praebuit, naturam Diaboli a Deo creatam (de qua non minus ac alia quauis natura dictum est Gen. I. Vidit Deus omnia, quae fecit, et erant ualde bona) in se malam et coram Deo abominabilem statuendo, et uitium cum natura, quae  
duo

duo uos congrue distinxistis, confundendo: cum Christus substantiam horum Iudaeorum, quos ratione malitiae ex patre Diabolo Ioh. VIII, 44. assererat, saluam et regni sui participem fieri exoptaret. Tandem in Flacianismum prolapsus fuit manifeste, concedendo conclusionem ad absurdum ducentem: Homines Iudaei in se sunt peccatum; itemque admittendo alteram conclusionem: generales operationes Sp. S. sunt per se malae et ab ipso Diabolo, in atheismum detestandum ruit, in quo recte finit uestra *σύψαξις*. Cum enim hoc sit principium theologicum, Deum non operari mala, nec ullam esse communionem Christi et Belialis, profecto iniuria fit Spiritui S. ipsius operationes Beliali auctori attribuendo et per se malas statuendo, quo impietatis non facile Ethnicum hominem peruenturum credimus. Hic uero stulto non amplius iuxta stultitiam respondendum, ne sibi sapere uideatur, et aduersus principia negantem disputandum non est. Quae absurda consequentia ex uestris assertionibus notauit, non apparet quomodo uel ipsorum unum inde promaneat. Hoc uero ipsum agere manifeste cernitur, ut uos in odium bonorum adducat, quasi talia opinionum portenta foueatis.

Tempestiue huic malo occurrendum censemus, bonorum interuentu, ne in publicum erumpat, cum magno afflictissimae ecclesiae scandalo. Agatis quod uestrum est. Si aliter id fieri non poterit, magistratus operam implorate, ne Respub. Ecclesiae per uos aliquid detrimenti passa uideatur. Valete in Domino, Wittebergae, 16. Febr. 1623.

*Decanus, Senior et ceteri Professores  
Theologicae facultatis ibidem.*

IV. Cr.

IV.

Erstes Klag-Schreiben  
COTZIBVVII und EVENII  
An das Magdeburgische Ministerium.  
Heylund Segen von Christo Jesu.

Es ist euch, Ehrwürdige, Andächtige, Hoch- und Wohl-  
gelahrte Herren, insonders Zielgünstige und Hochgeehrte  
Freunde und Brüder in Christo, nicht unbewußt, daß irgend  
vor vier Monden, in unser Schulen allhier, eine disputation  
von der Natur und Zustand der theologie, Gottseliger Unter-  
redung halber, und damit der profectus bey unsern Schul-Kna-  
ben erforschet würde, angestellet und gehalten sey worden.

Weil nun im fünfften Satz derselbigen die theologia ist  
beschrieben gewesen durch den habitum, oder fertige Wissenschaft,  
als hat der Ehrwürdige und Wohlgelahrte Herr M. And. Cra-  
merus, Pfarrherr bey S. Johannis allhier, dasselbe genus oder  
gemeine Beschreibungs Wörtlein fürnemlich zu bestreiten ihm  
fürgenommen. In welcher Unterredung, ob wohl in etwas scharff  
auff beyden Theilen gestritten worden, ist es doch glimpfflich abgan-  
gen, also gar, daß wir unsers Theils es dafür gehalten, es sey U-  
bung halber, und damit unsere Jugend zu mehrerm Fleiß ange-  
mahnet würde, dieses also fürgegangen. Es hat sich aber zuge-  
tragen, daß nach wenig Tagen uns zu Ohren kommen, daß Herr  
M. Cramerus auff der Cangel zu unterschiedlichen mahlen sehr  
ungestüme auff die habitualisten und Zungen-Theologos, und  
zugleich auff die habitual-institution oder Beybringung der  
Gottseligkeit, so in unser Schulen geschehe, gedonnert und ge-  
scholten. Daraus denn, weiß nicht was anders zu muthmassen,  
uns Anlaß und Ursach ist gegeben. Damit wir aber nicht aus  
dem gemeinen Geschrey allein, von solchen schweren Anklagen ur-  
theilten, als sind wir eins worden, ihn zu besprechen, und gegen-  
wärtig von ihm, sowohl die ausgesprengende Anklage, als dersel-  
ben

ben Gründe zu vernehmen. Alldieweil wir aber ihn daheim nicht angetroffen, als haben wir die Sache bis zur andern Zeit aufgeschoben. Mittlerweil aber schicket Herr M. Cramerus mir, dem Rectori, ein weitläufftiges Schreiben, in welchem er den öffentlichen gehalten, und auff unser Seite ganz hingelegeten Streit wider erregt, und vieler daraus erfolgenden ungerheimten Sachen, sonderlich aber der verderbten und unrichtigen Unterweisung unser Jugend in der wahren und beständigen Gottesfurcht, uns beschuldiget. Auff welches Schreiben, ob wohl von mir, Rectore, alsbald geantwortet worden, so ist doch aus hoch bedenklichen Rath die Antwort nicht übersendet, theils, daß wir zur jezigen betrübten Zeiten, zu unnöthigem Gezänck, und mehrerer Verbitterung der Gemüther ohne einige Erspriesslichkeit, nicht Anlaß und Ursach geben wollen, theils, weil die Sache an ihr selbst nunmehr nicht in geheim, sondern auff der Canzel ziemlich getrieben, welcher wir deshalb mit geheimen Mitteln auch nicht rathen oder abhelffen hätten würden können, theils endlich, daß wir unsers Ampts, und gethaner Zusage uns erinnert, den lieben Frieden und Einigkeit zu Hand haben, und also einem Ehrw. Ministerio der ganzen Sache Erörterung anheim zustellen, der Kirchen und Schulen erspriesslicher zu seyn, erachtet haben. Zu welchem Ende wir denn bey den theologen in den zween benachbahrten academien uns rechts erhohlen, und darauff mit Euer Ehrw. Andacht gutdüncken, uns zu frieden stellen zu lassen, gänzlich entschlossen gewesen. Unser Widersacher aber, als dem die Zeit zu lang gemorden, hat den 20. Martii ein ander Schreiben, viel hefftiger denn das vorige, mir Rectori zugefertiget, welches gebührliche Beantwortung vorangedeuteter Ursachen wegen, wir ihm auch nicht zuschicken wollen. Weil wir dann nun auff so mancherley Weise beleidiget und ausgefordert, (denn was auff der Canzel unzehlich mahl geschehen, das ist gnugsam männiglich bekandt) bishero alle Unbilligkeiten mit Gedult ertragen, unter welchem nicht das geringste ist, daß er uns, weiß nicht was für einer Gottlosigkeit und Leichtfertigkeit, und mich, den Rectorem,

insons

insonderheit, beschuldiget, als der ich nicht Christlich, noch embziglich mein Ampt verwalte, in Beybringung der wahren Gottesfurcht und Künste, und weiter nicht werth achtet, dem die Jugend zu unterweisen anvertrauet werde, wie er denn selbst deswegen eine Winckel-Schule, wider unser Stadt-Gesetz und Ordnung, der öffentlichen Schulen zum Schimpff und Nachtheil angerichtet, und darneben bedrauet durch eine öffentliche teutsche Erinnerung die Gemüther der gemeinen Bürgerschaft von uns abwendig zu machen, wie die Wort des letzten Schreibens lauten, und was dergleichen Beschuldigung mehr seyn: So haben wir Euer Ehrw. Andacht, die ganze Sache, das ist, Herrn M. Crameri zweyfachs Schreiben samt einer doppelten Antwort, so wohl unsere Frage an die beyden Vniuersitäten, Wittenberg und Helmstädt, und beyder Antwort, mit gebührender Reuerenz übergeben wollen, höchlich bittend und flehend, daß dieselbe in dieser Streitsache ein billliches Urtheil zu fällen, und unserm Widersacher durch ihre autorität einzureden, uns von dessen Anlauff und Ausscholierung zu befreyen, und grösserm Unheil hiedurch vorzukommen, ohne Beschwer sich erzeigen wollen. Wir wollen Friedes und Einigkeit halben, nicht allein die bißhero uns zugefügte Auflagen der Blödigkeit unsers Widersachers gerne zurechnen, sondern gegen Euer Ehrw. Andachten diese uns und der Wahrheit erzeigete Mühe mit gebührliehen, bereitwilligen Diensten zu ersetzen, vermögens nach, uns befließigen. Wir bitten den Gott des Friedes aus Grund unserer Herzen, daß er die Zandtsüchtige, durch den Geist der Demuth wolle erweichen, und zur wahren und beständigen Einigkeit, ihm in wahrer Andacht zu dienen uns sämtlich verbringen, und das wolle er thun um seines geliebten Sohnes Jesu Christi willen, in dessen Gnaden-Schutz wir Euer Ehrw. Achtb. treulich empfehlen. Magdeburg den 17. Tag Aprilis des 1623. Jahres. E. E. A. Dienstwillige

M. Iohannes Cotzibuuus,  
Pfarherr bey St. Jacob.

M. Sigismundus Euenius,  
Rector des Gymnasii allhier.

## EMENDANDA ET SUPPLENDA.

Pag. 2. lin. 11. ad uerba : *mentionem factam*. Postquam haec typis exscripta fuerant, incidimus in disputationem B. D. Neumanni de audiendis doctoribus etiam hypocritis, ad Matth. XXIII. Witteberg. a. 1697, habitam, in cuius prooemio, iam XXV abhinc annis, comparisonem inter opinionem Cramerianam et Spenerianam, paucissimis licet uerbis, institutam esse, reperimus. Sicut igitur eandem similitudinem aliis etiam ante nos obseruatam fuisse, tanquam nouum ueritatis indicium, libenter amplectimur, ita tanto minus illud h. l. dissimulandum putauimus.

P. 9. l. 16. pro a. 1605, leg. 1615.

Pag. 34. l. 26. uerbis : *pro fundamento habere debet*, annotationis loco addantur uerba Ministerii Magdeb. in Controu. Crameriana p. 45. sqq.

P. 43. notae (f) lin. ult. post uerbum *verglichen* / addatur : Post excidium Magdeburgense, Cramerus in ciuitate libera et Imperiali Muhlhusina, munus antistitis sacrorum, quo Benjamin Starckius, senectutis causa, a. 1631. se abdicarat, obtinuit. Sed ne hoc quidem diu quietum habuit. Nam a. 1634. qui antecessori eius emortualis fuit, occasione concionis cuiusdam solennis, Heiligenstadii, inuito senatu Muhlhusino, habitae, functionibus sacris interdictus, nec nisi post duorum annorum spatium, cum aduersariis suis reconciliatus, atque in integrum restitutus est. Leg. Responso theologorum Erfurdensium, et alia documenta huc spectantia, in Antiquo-Nouis Theolog. A. 1713. p. 526. et A. 1714. pag. 253. sqq. et pag. 595. sqq. Obiit tandem Cramerus a. 1640, ut discimus ex catalogo Antistitum Muhlhusinorum, iisdem Antiquo-nouis inserto, p. 505.

P. 64. lin. 7. leg. *Osiandri*.

P. 71. l. 22. uerbis : *eueniant bona*, haec annotatio subiiciatur : Non male Franciscus Baco de Verulamio in libro de dignitate et augm. scientiarum p. 5. oper. diligentiori ueritatis peruestigationi, contra errorem et ignorantiam, religionis obtentu, se illi praeferentem, patrocians, huc illam Iobi quaestionem accommodat : *an oporteat mentiri pro Deo, et eius gratia dolum loqui conueniat, ut ipsi gratificemur*. Iob. XIII, 7.

Pag. 73. lin. 14. et ad (interlere : *cassas*) *cobortationes*.

Pag. 80. not. b. lin. 1. pro *secessinem* leg. *secessionem*.